

abundantia sine defectu, dignitas sine despectu, sanitas sine interitu, iucunditas sine fletu, securitas sine metu, voluptas sine vitio, satietas sine taedio, claritas sine nubilo, veritas sine ambiguo, puritas sine piculo, libertas sine obstaculo, conscientia sine scrupulo, felicitas sine termino. *Serm. 29, ad Novit., divis. 4.*

IN VII. PAT.

173. Quis tam ignavi animi est? quis tam ex-cors, quin sextatas temporarias mortes subire in animo inuocat, ut beatam et ab omni interitu remotam vitam hereditario possideat? *Lib. 1, in Vita SS. Barthelemi et Josephi, cap. 25.*

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

174. Noster animus a mundo digressus speculabitur veritatem illius superni, existetque immortalis, felix dominusque orbis: qualis status est beatitudo magna et absoluta animis humanis. *Lib. 12, Theolog., cap. 23.*

175. Beatis vivere maxime est expetibile, et horum vita est beatissima. *Lib. 9, Ethic. ad Nicomach., cap. 9.*

CICERO.

176. Tempus est nos jam de illa perpetua, non de hac exigua vita cogitare. *Lib. 10, Epist. ad Atticum, epist. 7.*

177. Beata vita semper stabilis est, nec amitti potest: nam si amitti vita beata potest, beata esse non potest. *Prosec.*

178. Non enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis esse vita beata dici solet: neque appellatur omnino vita beata, nisi confecta atque absoluta. *Lib. 2, de Finibus.*

179. O praeralam diem, cum ad illud divinorum animorum concilium ceterumque proficiscar! *De Seneca.*

180. In vacuitate omnis agritudinis, vita beata posita est. *Lib. 5 Tus. quest.*

181. Quod si sola beata vita gloranda, et praedicanda, et praesefenda est: nihil est aliud quod praedicandum, et praesefendum sit. *Ibid.*

182. Perspicuum est in perpetuis plenisque gaudiis vitam beatam existere. *Ibid.*

FRATRO.

183. Si purus animus decesserit, nihil a corporis contagione secum trahens, ad divinum quoddam et immortale proficiscitur, quo cum pervenerit, omnino felix evadit. *In Dialogo Phaedonis.*

184. Magnum est praemium, spes futurae felicitatis. *Ibid.*

185. Quos constitit singulari quadam atque eximia virtute vitam instituisse, hi sunt qui terrenis locis liberantur atque solvuntur, tanquam carceribus quibusdam, superiores vero illam puramque Regionem, qua terrae supereminet, in qua ad incolendam sedes sunt constituta, perveniunt. *Ibid.*

186. Quicumque iuste et pie vitam traduxerit,

juvanda spes cor ejus fovens, ad felix quoddam sanium comitatur. *Lib. 1, de Republ.*

187. Cum ex humilibus magnos, et insignes viros evasisse conspicimus es: eos in morte e miseria in magnam felicitatem conscendisse putamus. *Lib. 10, de Legibus.*

188. Cum ex hoc carcere, hisque vinculis evolveris justus, tum eo pervenies, ubi nulla erit molestia, nulla sollicitudo, nulla senectus: ubi tranquilla vita, omnium malorum aenectia, immobili quadam et sempiterna quiete serena. *In Dialogo Aziochi.*

189. Quid homini potest dari majus, quam gloria, laus et aeternitas? *Lib. 3, epist. 21, ad Cornelianum Prisc.*

190. Glorie nullus finis est, proximi que Deo. *Suasor. 2.*

191. Facilis est ad beatam vitam via, ipsis diis adjuvantibus. *Lib. 2, de Ira, cap. 13.*

192. Vivere omnes beate volunt, sed ad perveniendum quid sit, quod beatam vitam efficiat, caligant. *De vita beata, cap. 4.*

193. Beata vita non aliter natura contingere potest, quam si primum sana mens est, et in perpetua possessione sanitatis suae. *Ibid., cap. 3.*

194. Hoc inter hanc vitam et illam aeternam interest: haec quia fulgore extrinseco veniente percussa est, crassam illi statim umbram facit quisquis obstiterit: illa vero suo lumine illustris est. *Epist. 21.*

195. Scias beatam vitam esse in excelso, sed volenti et perseveranti penetrabilem. *Epist. 64.*

196. Cur, o viri terrigenae, precipites in mortem ruitis, cum vobis handquaquam desit immortalitatis consequendae facultas? *Prosec.*

197. Revocare jam vosmet, qui laboratis inopia, ignorantiae tenebris involuti: discollite ab obscuro lumine, asciscite immortalitatem, corruptionem fugite. *Lib. Potest. et Sap. Dei, cui titulus Pimander, cap. 4.*

198. Quisquis ad id, quod decet, mente utitur, nihil ab immortalibus discrepat, quin etiam corporis solutus compedibus, deueat in chorum Beatorum atque deorum. *Ibid., cap. 12.*

Vide etiam tit. *Desiderium, sent. 22; Differentia, sent. 11; Labor, sent. 10; Molestia, sent. 40; Mundus, sent. 103; Obedientia, sent. 145; Paradisus, per totum; Patria, sent. 44, 52; Regnum caeleste, sent. 40; Remuneratio, sent. 40; Regniis, sent. 50; Virtus, sent. 436; Virtutes theolog., sent. 56; Vita humana, sent. 9.*

## VITA HUMANA.

*Etymologia.* Vita dicta est propter vigorem, vel eo quod vi teneat. *Serm. Dom. 21, post Trinit., DE PADUA.*

1. AMBROS. *Definitio.* Vivere vite est virtute vivere, beatuque vite actus habere in hujus corporis vita. *De Paradiso, cap. 9.*

2. THOMAS AQUINAS. *Divisio.* Vitae praesentis felicitas est duplex: una secundum vitam activam, alia secundum vitam contemplativam: una quidem perfecta, alia vero imperfecta. 2, 2, quest. 186, art. 3.

3. SENECA. In tria tempora vita dividitur: quod est; quod fuit; quod futurum est. Ex his quod agimus, breve est; quod acturi sumus, dubium; quod egimus, certum. *De Brevitate vitae, cap. 10.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Quid tantopere vitam istam desideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto majore oneratur sarcina peccatorum? *De Bono mortis, cap. 2.*

2. Vita hujus principium, mortis exordium est nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui. *Prosec.*

3. Cui si quid adicitur spatii temporalis, non ad hoc accedit, ut maneat; sed in hoc transit, ut pereat. *Lib. 2, de Vocat. gent., cap. 8.*

4. Heu! quanta dementia in via lassari, et viam nolle finire. *Serm. Dom. 6 post Pascha.*

5. Pereant omnia haec vana, et inania: vita haec misera est, et mors incerta. *Lib. 6 Conf., cap. 11.*

6. Vita, quae fructu corporis delectata negligit Deum, inclinatur ad nihilum. *De vera Relig., cap. 11.*

7. Nulla vita est, quae non sit ex Deo: quia Deus utique summa vita est, et ipse fons vitae. *De vera Relig., cap. 11.*

8. Non aliqua vita, in quantum vita est, malum est, sed in quantum vergit ad mortem. *Ibid.*

9. Labores et pericula et exitia hujus transitoriae vite, si pro eadem vita quandoque finienda subeuntur, ut mors ejus non omnino auferatur, sed paululum differatur: quanto magis pro aeterna subeunda sunt, ubi mortem nec natura sollicita cavet, nec ignavia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet? *Epist. 45, ad Armentarium.*

10. Nonne cernis, haec vita miserabilis et egenae, quam vehementes habeat, quantumque sibi obliget amatores suos? qui tamen periculo ejus sepe turbati, citius eam finiunt, eo ipso quod finire formidant, et mortem dum declinant, accelerant: veluti si quisquam fluvio rapiendus irruat, latronem bestiamve fugiendo: jactant in mare tempestate saviente aliquando et alimenta, et ut vivant, projiciunt unde vivunt, ne cito finiatur quo vel in labore vivitur. *Prosec.*

11. Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur? Multi cruciatus suscipiuntur certi, ut pauci dies adiciantur incerti: et nonnumquam ipsis doloribus victi, continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt: et cum omnino non eligant vitam finire ne dolent, sed dolere ne finiant, accidunt eis ut dolant et finiant. *Ibid.*

12. Vita humana, sempiterna esse non potest, quia mortalis est: nec diuturna, quia tota brevis est: nec de ipso brevi spatio sui secura, quia semper incerta est. *Ibid.*

13. Multi aliquando vitam dolore finiunt, quam non finirent, dolere voluerunt. *Ibid.*

14. Habet hoc magnum malum, ac vehementer execrandum et horrendum nimis amor vite istius, quod multi dum volunt paulo diutius vivere, graviter offendant Deum, apud quem est fons vitae: atque ita dum ab eis frustra, qui necessario futurus est vite finis metuitur, illine prohibentur, ubi sine fine vivitur. *Ibid.*

15. Vita misera, etiamsi posset esse perpetua, nullo modo, beata vita, etiam brevissima: comparanda est: et tamen ista amando miseratim atque brevissimam, perdunt beatissimam ac sempiternam: cum in hac ipsa, quomodo male diligunt, hoc vellit, quod in altera perdunt: quia utique in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse volunt; nec brevitatem, nam eam finire nolunt: sed tantum quia vita est, sic amatur, ut saepe propter eam (licet miseram et brevem) beata et sempiterna amittatur. *Ibid.*

16. An dignum est, vel ferendum, cum contentumur omnia quae amantur in mundo, ut vita post paululum finienda, saltem ipsum paululum teneatur in mundo, et non contentumur mundus, ut obtineatur vita quae sine fine apud illum est, per quem factus est mundus? *Ibid.*

17. Vita si diligatur, ibi acquiratur ubi nulla morte finitur. *Epist. 45, ad Armentarium.*

18. Omnes in hac vita mortales sumus, et dies hujus vite ultimus omni homini est semper incertus. *Prosec.*

19. Verumtamen in infantia speratur pueritia, et in pueritia speratur adolescentia, et in adolescentia speratur juvenitas, in juvenute speratur gravitas, et in gravitate speratur senectus, utrum contingat incertum est, est tamen [quod] speretur.

20. Senectus autem aliam aetatem, quam speret, non habet: incertum est, ipsa senectus quando sit homini: illud tamen certum est nullam remanere aetatem, quae possit succedere senectuti, quia noluit Deus. *Epist. 110, ad Erastium.*

21. Est quædam vita hominis carnalibus sensibus implicata, gaudiis carnalibus dedita, carnalem fugiatis offensionem, voluptatemque consecrans. *Prose.*

22. Hujus vite felicitas, temporalis est: ab hac vita incipere, necessitatis est; in ea persistere, voluntatis. *Epist. 120, ad Honorat., cap. 2.*

23. Naturale nobis est velle vivere, male autem vivere non est jam natura, sed perversa voluntatis, quam juste poena subsequitur. *Lib. 7, de Genesi ad lit., cap. 27.*

24. In hac vita est falsitas, hic perturbatio, hic pessima amaritudo, hic periculosa elatio. *Prose.*

25. Hic timetur ne qui erat amicus, efficiatur subito inimicus: hic quidquid est hominum, tuncur non perat, hic denique mors. *Contra Judæos, cap. 21.*

26. Paucorum dierum est tota vita hominis, eliamsi leta davis non miscerentur, quæ plura et longiora sunt certe, quam dura, et ideo breviora et pauciora sunt dura, ut durare possimus. *Super Psalm. xxxvi, conc. 2, vers. 24.*

27. In regione mortuorum (id est in hac vita mortali) est labor, dolor, timor, tribulatio, tentatio, gemitus, suspirium. *Super Psalm. lxxxv, vers. ultim.*

28. Vita vite mortalis, spes est vite immortalis. *Super Psalm. ciii, conc. 4, vers. 34.*

29. Si vita nostra tibi est, ubi est veritas: non est vita nostra sub sole, ubi est vanitas. *Super Psalm. cxviii, conc. 12.*

30. Magna Dei misericordia, in hoc quod diem vite tibi incertum fecit, ut nescias quando hinc emigrabis, quotidie speras te aliquando conversurum. *Super Psalm. cxli, vers. 8.*

31. Alia est vita terrena, alia vita celestis, alia vita pecorum, alia vita hominum, alia vita angelorum. *Prose.*

32. Vita pecorum terrenis voluptatibus æstuat, sola terrena conquirit, in hac prona atque projecta est: vita Angelorum sola celestia.

33. Vita hominum media est inter angelorum et pecorum. Si vivit secundum carnem, pecoribus comparatur: si vivit secundum spiritum, angelis sociatur. *Tract. 18, super Evang. Joan., de cap. 5.*

34. Ad hoc debet unicusquisq; produsse vivere, ut detur illi semper vivere: nam cui non datur semper vivere, quid prodest bene vivere? quia nec bene vivere dicendi sunt, qui finem bene vivendi vel cæcitæ nesciunt, vel infatione contemnunt. *Ibid., tract. 45, de cap. 10.*

35. Mors ista vitalis et vita mortalis, licet multis sit responsa amaritudinibus, pro dolor! quam

plurimos suis capit illecebris, et quam multos suis falsis promissionibus decipit. *De Medit., cap. 21.*

36. Vita hæc, vita misera, vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorum, regina superborum, plena miseris et erroribus, quas non est vita dicenda, sed mors. *In Medit., cap. 21.*

37. Vita humana, vita fragilis, vita caduca, vita que quanto magis crescit, tanto magis decrescit: quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. Vita fallax et umbratica, plena laqueis mortis. *In Soliloq. animæ, cap. 2.*

38. Via vita ista est: quando finitur via, non omnibus una hora finitur, unusquisque habet horam, quando finitur via. Via vita ista dicta est: finisti istam vitam, finisti viam. *Serm. 1, de Verbis Domini.*

39. Quid est diu vivere, nisi diu torqueri? quid est aliud diu vivere nisi malos dies malis diebus addere? *De Verbis Domini, serm. 17.*

40. Diu vivere quid est aliud nisi ad finem currere? habuisti hesternum diem, habere vis et crastinum: sed cum dies iste transierit, et crastinum, minus illum habes. *Ibid., serm. 39.*

41. Non magnum est diu vivere, aut semper vivere; sed magnum est beate vivere. *Ibid., serm. 64.*

42. Hæc vita horrenda est et laboriosa, fragilis et fastidiosa, caduca ac misera, deceptrix atque dolosa, ærumnis ac scandalis plena. *Serm. 65, ad Frat. in eremo.*

43. Vita mortalium tota poena est. *Lib. 21, de Civit., cap. 44.*

44. Homo non vivit ut vult; nam si ut velle viveret, beatum se putaret: sed nec sic tamcn esset, si turpiter viveret. *Ibid., lib. 14, cap. 24.*

45. Ex amore suo quisque vivit vel bene, vel male. *Lib. 5, contra Faust.*

46. Illi vivunt, pro quibus ut vivant, mortuus est qui vivebat. *Lib. 6, contra Julian., cap. 15.*

47. Non quandiu volumus, vivimus. *Tract. 43, super Joan.*

48. Melius est non vivere, quam vivere sine vita. *Lib. Medit., cap. 39.*

49. In magno hujus vite diluvio circumstantibus agitatur procellis. *Ibid., cap. 37.*

50. Cupis ut longa sit vita tua, licet mala sit, imo fac ut bona sit, et noli timere ut brevis sit. *Homil. 1, ex quinquag. Hom., cap. 2.*

51. Vita humana tota brevis est. *Ibid., homil. 23, cap. 7.*

52. Vita bona, longa est. *Ibid., homil. 1, cap. 1.*

53. Quisquis es amator longæ vite, esto po-

tius bonæ vite: nam si male vivere volueris, longa vita non erit verum bonum, sed erit longum malum. *Ibid., cap. 2.*

54. Longam vitam vis habere, bonam non vis. Villam, uxorem, domum caligam non vis habere malam, et vis habere vitam malam: mala vita est, qua animam perdis. *Ibid., homil. 25, cap. 5.*

**S. BASILIUS MAGNUS.** 55. Ipsa vita humana, quam ingressi sumus, misera est, laboriosa plena, doloribus, periculis, ærumnis, tentationibus. *Super Psalm. cxxv.*

**S. BERNARD.** 55. Bis. Via vita dicitur, per quam quilibet natus properat ad finem. *Super Psalm. 1, vers. 1.*

56. Hæc vita qua vivimus, magis mors est quam vita: nec simpliciter vita, sed vita mortalis. *Serm. 17, super Qui habuit.*

57. Amittunt vitam odibiles vite, fugit vita quos odit, et quos vita fugit, mori necesse est. *Serm. de Triplici custodia lingue.*

58. Non vivit, qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur, qui cæteris infelicitur pestibus: quoniam non est hoc vivere, sed vitam confundere, et appropriare usque ad portas mortis. *Prose.*

59. Non parva res est, scire vivere: sed magnum aliquid, ino maximum est.

60. Dicitur vulgo, qui se bene pascit, bene vivit: sed mentis est iniquitas sibi; quia non bene vivit, nisi qui bonum facit.

61. Tu bene vivis, si vivis ordinabiliter, socialiter, et humiliter: ordinabiliter tibi, socialiter proximo, humiliter Deo. *Serm. 1, de SS. Apostolis Petro et Paulo.*

62. Quanto est peccatoris vita longior, tanto culpa numerosior. *Lib. Medit., cap. 2.*

**EGIDIUS.** 63. Nullo modo presens vita facere beatos potest, que miseros transacta non efficit. *Lib. 2, de Consolat. philos., prosa 4.*

**S. BONAV.** 64. Vapor sive fumus videtur magnum quid, dum ascendere incipit: sed cum adesse creditur, evanescit: sic vita dum florere videtur, modica febre extinguitur. *Serm. 1, de Invent. S. Crucis.*

65. Ille ordinate vivit, qui vivit prudenter, temperanter, et obtemperanter. *De Reduct. artium ad theolog.*

66. Nostrum vivere nihil aliud est, quam ad mortem transire. *In Soliloq., cap. 8.*

67. Non multum curandum quandiu, sed quam bene vivatur. *Ibid.*

68. In hac vita, quandiu durat, compara tibi vitam illam, que semper durat. *Ibid.*

69. Dum vivis in carne, morere mundo, ut postea Deo vivere incipias. *Ibid.*

70. Optima vivendi forma eligenda est, quam reddat assuetudo jucundam. *In Speculo discipuli, in prologo.*

71. Vita mea naviganti similis est, sive dormiam, sive vigilem, semper vado festinus ad mortem. *In Soliloq., cap. 3.*

72. O vita presens quam multos decipis, quem dum fugis, nihil es: dum videris, umbra es: dum exaltaris, fumus es! *Prose.*

73. Dulcis es stultis, amara sapientibus: qui te amant, non te cognoscunt; qui te fugiunt, ipsi te intelligunt.

74. Aliis te promittis longam, ut decipias: aliis brevem, ut in desperationem inducas. *Ibid.*

75. Nemo se circumveniat, quia nemo sibi soli vivit, nemo sibi soli moritur. *Homil. 18.*

76. Quantum vita protenditur, tantam humanam fragilitate peccatur. *Super Psalm. xxiv, vers. 47.*

77. Cupiditas vita est ista, quod nos delectatione rei presentis innoxit. *In Epist. parennetica ad Valerian.*

78. Abjiciantur illa omnia, que presentem hanc vitam faciunt brevem occupationi, longam dolori. *Ibid.*

79. Non multum refert, quando finiant vitam temporariam, qui transeunt in æternam. *Ibid.*

80. Præstat vitam propagasse cum paucioribus, quam perdidisse cum pluribus. *Ibid.*

81. Vita mundi non est vita, sed mors; vita fallax, vita omnia tristitia, imbecillis et umbratica, vita mendax. *Prose.*

82. O vita plena laqueis, vita fragilis, vita momentanea et caduca!

83. Quanto magis crescit vita, tanto magis homo decrescit. *Epist. ad Damas. Papam de morte D. Hieronymi.*

84. Brevis est hujus vite duratio, et nulla spes reditus. *In Amot., super cap. 14, Job.*

85. Via hominis est vita ejus: qui male vivit, viam tenet erroris: qui bene vivit, per viam graditur veritatis. *Serm. 5, de Epiph.*

86. Hominibus vita est approbatio et demonstratio unicusquisque nostrum voluntatis et consilii. *Super Job, cap. 2.*

87. Vite presentis fluctus trahit quem levat; et valde demens est, qui in unda voluit, et plantam figere conatur. *Lib. 22 Moral., cap. 2.*

88. Hoc ipsum nostrum vivere, quotidie a vita transire est: quia infantia ad pueritiam, pueritia, ad adolescentiam, adolescentia ad juventutem, juvenitus ad senectutem, senectus transit ad mortem. *Ibid., lib. 11, num. 27.*

89. Hi vitam carnis quasi permanentem diligunt, qui quanta sit vite sequentis æternitatem non attendunt. *Ibid., lib. 8, cap. 8.*

S. CRESAT.

ARELAT.

CASSIOPHOR.

S. EUGENI.

S. EUSEBIUS

CÆSAR.

FRANCISCUS

TITELM.

S. FULGENT.

GLOSS. ORD.

S. GREGORI.

MAGNUS.

90. Præsens vita villescere, id est, trædere incipit, cum Conditoris amor dulcescere cõperit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 23.

91. In hæc vita sunt quædam laboriosa, quædam vacua, quædam vacua simul et laboriosa. Amore Conditoris præsentis vite tribulationibus exerceri, laboriosum quidem est, sed vacuum non est. Amore sæculi voluptatibus solvi, vacuum quidem est, sed non laboriosum. Amore vero ejusdem sæculi adversa aliqua pati, et vacuum simul est, et laboriosum. Lib. 8 *Mor.*, cap. 5, num. 8.

92. Vita in carne, flos in fono est. *Ibid.*, lib. 41, cap. 26, super illud *Job* xiv : *Qui quasi flos egreditur.*

93. Laboriosa est vita temporalis, levior fabulis, velocior cursore, instabilitate fluitans, imbecillitate mutans. Super *septem Psalm. Pœnit.*, super *Psalm.* vi, in prologo.

94. Vitæ temporali nulla est fortitudo, nulla propositi constantia, nulla a turbationibus requies, nulla a laboribus reclinatio. *Ibid.*

95. Magna profunditas, vita mortalis, in qua nihil est certum, nihil vitale, nihil tutum, nihil tranquillum. Magna profunditas in qua peccator obruitur, inopius immergitur, justus turbatur. *Ibid.*, super *Psalm.* vi, vers. 1.

96. Vita nostra naviganti similis est : is namque qui navigat, stat, sedet, jacet, vadit; et impulsu navis ducitur : ita nos sive vigilantes, sive dormientes, sive tacentes, sive loquentes, sive ambulantes, per momenta temporum quodædam ad finem tendimus. Lib. 6, in *Registro*, indict. 15, cap. 190, epist. 26, ad *Andream*.

97. Quid infelicis? vivebam olim Deo, mortuus sæculo; nunc e contrario, mortuus Deo, mundo vivo. In *septem Psalm. Pœnit.*, super *Psalm.* vii, vers. 4.

S. GREGOR. NAZ. 93. Vita hominis non marcidarum opum possessione, sed sapientia servatur. *Prosec.*

99. Peccant autem illi, qui majoribus nostris melius fuisse traditum vivendi genus dicunt, nec intelligent quantum superet sapientia opum abundantiam : et quod tantum est clarior, quantum argentum umbra sua illustrius. Super *Ecclesiasten*, cap. 7.

S. GREGOR. NYSS. 100. Vita præsens est tanquam via quædam, nos duccens ad id quod speramus. *De Mortuis.*

S. GREGOR. THAUMAT. 101. Mortalium vita conteritur, die diei succedente, annique partibus et conversionibus, solisque cursibus certis ac definitis nunc accedentibus, nunc sensim recedentibus. Super *Ecclesiasten*, cap. 1.

S. HIERON. 102. Nemo tam fractis viribus, et sic decrepitate senectutis est, ut non putet se unum adhuc annum esse victurum. Epist. 11, ad *Gerontianum*.

103. Humanæ vite brevitatis, damnatio delictorum est. Epist. 21, ad *Paulum concordiansem*.

104. Omnis vita mortalium, quasi somnium est; quæ in similitudinem florum atque fontium eodem pene tempore siccatur atque deperit. Epist. 17, ad *Cyprianum*.

105. Nihil ita decipit humanum genus, quam quod dum ignorat spatia vite suæ, longiore sibi sæculi hujus possessionem reponit. *Ibid.*

106. Nullus tam senex est, et sic decrepitate ætatis, ut non se adhuc uno plus anno vivere suspicietur. *Ibid.*

107. O angustum et satis anxium tempus vite mortalis! tibi cum initio nominatur et finis, initium nostrum cum fine suscipimus. Epist. 6, ad *Americum*.

108. Breve est vite istius curriculum : hoc ipsum quod loquor, quod dicto, quod scribo, quod relogo, de tempore meo mihi aut crescit, aut deperit. Lib. 3, super *Epist. ad Galat.*, cap. 6, in illud : *Tempore enim suo metemur.*

109. Hæc non est vera vita, quæ in suo non permanet statu. Et hab. in *Glossa ord.*, super I ad *Timoth.*, cap. vi, in illud : *Ut apprehendam veram vitam.*

110. Vita ista præsens, brevis est, mala est, incerta est. Super *Psalm.* xxxviii, cap. 48.

111. Vita humana, vita laboriosa, vita corruptibilis, vita omni amaritudine plena, vita domina malorum, quam humores tumeficiant, dolores extenuant, ardore exsiccant, aer morificat, esæ inflant, jejunia macerant, joci solvunt, tristitia consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, divitiæ jactant, paupertas dejicit, juvenus extollit, senectus incurrat, infirmitas frangit, moror deprimit, diabolus insidiatur, mundus adulatur, caro delectatur. Lib. 4, de *Anima*, cap. 5.

112. Vita humana quasi circuitus quidam est, qui post excursum actionum temporalium, illic tandem redit per mortem, unde prodiit per natiuitatem. Super *Thren.*, super illud : *Vocasti quasi ad diem, etc.*

113. Bona vita fidem dat verbis, mala vita ipsam veritatem facit ambiguum. Super *Regul. D. Aug.*, cap. 9.

114. Quotidianus ortus et occasus solis, quid aliud est quam mundi interitus? quia autem per occultas vias oritur et occidit, quid aliud demonstrat, nisi quod humana vita labitur, dum nescitur? Super *Ecclesiasten*, cap. 1.

115. Similis est vita nostra ludo scaccorum, ubi a bene ludentibus diabolo illuditur : sicut enim uno tractu male facti, vel non facti, ludus amittitur, vel totum lucrum : sic uno opere male fac-

to, vel neglecto totius vite nostræ fructus perditur. *Ibid.*, cap. 9.

116. Vita nostra quasi tela est : quia sicut tela filis, ita vita diebus proluit. Super *Isai.*, cap. 34.

117. Non est possibile, qui hæc amat vitam, vitam vivere crucifixam. Super *Joan.*, cap. 6.

118. Vita præsens laboribus et tribulationibus plena est : nam cum luctu agitur, et cum lacrymis amittitur. *Prosec.*

119. Tanta ejus est tribulatio, ut nec vita sit dicenda, sed potius mors, vel quippiam aliud morte deterius; cum vix aliquis pertranseat sine tribulatione, vel unicum diem. Lib. 2, de *Contemplat.*, cap. 2.

120. Tota vita præsens, et misera, amaritudinibus respersa est, laboribus iniqua, sollicitudinibus turbulenta, et languoribus plena. *Ibid.*, lib. 5, *Contemplat. de Morte*, cap. 6.

121. Quanto plus vivimus, tanto magis vita nostra minuitur. *Ibid.*, cap. 10.

JOAN. CASS. 122. Omnis longævitas vite præsentis, cum ad illam futuræ gloriæ perennitatem respexeris, evanescit. Lib. 22, *Canob. inst.*, cap. 11.

S. JOHANNES CHRYSOST. 123. Vita præsens nullo carceri præstare videtur. Homil. 14, super *Math. Oper. perf.*

124. Infelix est vita humana et misera, quæ quotidie ad non esse tendit : non enim est omnium nasci, crescere, et senescere. Homil. super *Psalm.* cxlii.

125. Hæc vita pelagus est, late longæque protensum. Homil. 82, super *Math. Oper. perf.*

126. Pigra est humana vita, et ad perditionem proclivis : non propter naturæ suæ officium, sed propter voluntatis desidiam. Homil. 17, super *Joan.*

127. Duas nobis vitas Deus constituit, præsentem et futuram : præsentem in certamen posuit, futuram in certaminis præmium. Homil. 27, super *Joan.*

128. Vita improbitas operatur innumera mala, bestias facit ex hominibus, et bestiis stupidiore : nam quæ in singulis bestiarum ingenii sunt, ea sæpe in uno homine congregat et totum subvertit. Homil. 47, super *Acta Apost.*

129. Propria hujus vite sunt, edere, bibere, dormire, crescere, esurire, silitre, nasci, mori. Super epist. ad *Galat.*, cap. 1.

130. Ad præsentem vitam nihilium affici, alienum est a professione et militia christiana. Serm. 13, super *Epist. ad Philip.*

131. Scena quædam est vita præsens, ac somnium. Homil. 15, super I *Tim.*

132. Vita præsens nidus est hirundinum, ex festucis et luto coagmentatus. Homil. 50, ad *Popul. Antioch.*

133. Fabula quædam est et somnium, vita. *Ibid.*, homil. 55.

134. Vita præsens, plena malis. *Ibid.*, homil. 69.

135. Dedit tibi vitam Deus, ut se coleres; tu eam in cassum et inutiliter consumis. Homil. 57, super *Joan.*

136. Nihil habet humana vita, nisi lacrymas; et opprobria, et convicia, et tristitias, et negligentias, et labores : et morbos, et senectutem, et peccata, et mortem. Homil. 22, ad *Popul. Antioch.*

137. Talis vita nostra est, fratres, qui fluxam et caducam vitam agimus; tale terræ ludibrium, ut cum non sinus, nascamur; cum nati sumus, rursus dissolvamur. *Prosec.*

138. In somnium sumus instabile, spectrum quoddam quod teneri non potest, transeuntis avis volatus, navis in mari vestigium non habens, vapor, ros matutinus, flos pro tempore nascentis atque marcescentis. Lib. 1 *Parall.*, cap. 10.

139. Vixit hic et nunc, velut et nunc moriturus hic. *Considerat. super Peregrini testamentum*, consid. 1.

140. Vita humana quovis freto procellosior est. Lib. 8, de *Nugis. Curial.* in prolog.

140 bis. Nihil felicium, quam bene vivere. Super *Prolog. Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 7.

141. Vita omnibus viventibus res optatissima est. *Ibid.*, cap. 2, text. 8.

142. Bona vita, semper gaudium habet. *Ibid.*, cap. 2.

143. Periculosum est in tali statu vivere, in quo quis mori non velit. In cap. 4. *Regula S. Bened.*, verbo *Ira*.

144. In vita hominis finis quaerendus est : quoniam Dominus non respicit, quales ante viximus, sed quales circa vita finem erimus. *Ibid.*, verbo *Prima*.

145. Tota vita nostra quantumlibet longæva, comparata eternitati, momento etiam brevior est. Lib. 1, de *Tent. Relig.*, cap. 1.

146. Vita præsens non manet, sed transit : non durat, sed evanescit : non stat, sed perit. *De vitiis et miser. humana vite*, cap. 2.

147. Nihil humana vita fragilior. *Ibid.*

148. Hæc vita impiis longa et grata est, in oculis autem justorum amara et brevis. *Prosec.*

149. Et licet vita ista brevis sit mora tamen sibi fieri creditur : quia quantumlibet breve sit temporis spatium, tamen etsi viventi parum est, non amanti procul dubio longum est.

150. Qui vite præsentis longitudinem non de suo spatio, sed de ejus fine considerat, quam sit brevis et misera, satis utiliter pensat.

S. JOHANNES DAMASC.

JOAN. GEIS.

JOAN. SAR.

JOAN. TRITH.

HUGO A. S. VICTOR.

HUGOCAR.

S. ISIDORUS HISPALENS.

151. Vita enim præsens, quia ipsis suis incrementis deficit, brevis est. Lib. 3, *de Sum. bono*, cap. 61, sent. 2.

152. Ex ipso esse brevis vita præsens ostenditur, ex quo non permanet, sed fluitur. *Prose.*

153. Tela enim consummatur filis, et vita hominis expletur diebus singulis.

154. Quod diu in hac vita vivitur, quaeritur utrum augmentum, an rectius detrimentum dicatur: sed quomodo posset recte dici augmentum, quod per dimensionem ætatum ad mortis tendit detrimentum? *Ibid.*, sent. 3.

155. De mora vite istius tedium patitur justus, eo quod ad desideratam patriam tarde perveniat, et vite præsens ærumnam segnius amittat. *Ibid.*, sent. 7, etc.

S. JUSTIN. MART. 156. Qui bene vivere vult, is nec videat multa, nec studeat audire, nec si audiat, aut videat, audire aut carere se existimet. *Epist. ad Zenam.*

LACT. FIRM. 157. Hæc vita temporalis, quia brevis est, idcirco et bona ejus, et mala brevia sint, necesse est. Lib. 6, *de Divin. inst.*, cap. 4.

S. LAURENT. JUSTIN. 158. Nihil aliud est bene vivere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere, a quo existit vita. *De ligno vite, tract. 4, de Charit.*, cap. 6.

159. Hæc præsens vita, quæ temporum spatii volvitur, variisque casibus variatur, illius vite atrium est. *De discipl. monast. conversat.*, cap. 24.

S. LEO I. 160. Vita hæc nostra in medio insidiatorum, in medio præliorum est: si nolimus decipi, vigilandum est; si volumus superare, pugnandum est. *Serm. 1 Quadrag.*

161. Quantumlibet caste et sobrie mortalis hæc vita ducatur, quodam tamen pulvere terrenæ conversationis aspergitur, et nitor mentium ad Dei imaginem conditarum, non ita a fumo totius vanitatis alienus est, ut nulla possit sordē fuscari, et non semper indigeat expoliri. *Serm. 5 Quadrag.*

S. NILUS. 162. Omnis generis perturbationibus et ærumnis misera hæc vita obruta est. Habet. apud D. Joan. Damascen. lib. 1, *Parall.*, cap. 57.

PETR. BLES. 163. Brevissimus est hujus vite temporalis cursus, finis autem horribilis et incertus. *Epist. 15, ad Episc. Carthens.*

164. Vita brevitatis miseris est in remedium, qui hoc ipso quod cito moriuntur, tolerabilius cruciantur. *Ibid.*, serm. 5.

165. Vivere et non dare operam ut recte vivatur, vitam perdere est. *Ibid.*, tract. *de Inst. episc.*

S. PETRUS CHRYSOL. 166. Vere vita est vita præsens, in quam venit et vadit homo, quæ delictis est lata, diffusa fluctibus, criminibus spatiosa. *Serm. 44.*

167. Totam humanam vitam somnus est et somnium. *De somnis.*

168. Nulli minus sciunt vitam instituire, quam mali: sicut nulli melius, quam sapientes. Lib. *Quod omnis probus liber sit.*

169. Qui maxime longævus fuit, quantillum temporis vixit, si ad æternitatem id conferas? *Lib. de Joseph.*

170. Sicut torrens pluvialibus aquis collectus, redundat, perstrepi, currit, et currendo decurrit, id est, cursum finit, sic est omnis iste cursus mortalitatis humanæ vite. *Prose.*

171. Nasuntur homines, vivunt atque moriuntur; rursusque morientibus, alii oriuntur, succedunt, accedunt, recedunt. *Super Psalm. cix, vers. ultimum.*

172. Præsens vita dies est belli, quia vel foras, vel intus nunquam deest adversitas, cui debeat repugnari. *Super Psalm. cxxxix, vers. 8.*

173. Vita, quæ secundum mentem est, finis est hominis. *Epist. 136, ad Herculian.*

174. In hominibus vita uniuscujusque hominis videtur esse id, in quo maxime deleatur, et cui maxime intendit. 2, 2, *quæst. 179, art. 1.*

175. Vanitas est longam vitam optare, et de bona vita parum curare. *Lib. 1, de Imit. Chr.*, cap. 1.

176. Ah stulte! quid cogitas te diu viturum, cum nullum diem habes hinc securum? *Ibid.*, cap. 23, sect. 7.

177. Diu vivere et vitam non emendare, penam est accumulare. *In Soliloq. anime*, cap. 6, sect. 2.

178. Vita justorum Angelis similis, vita carnalium bestis æqualis, vita superiorum demonum comparatur. *In Valle lilior.*, cap. 1.

## SENTENTIE PAGANORUM.

179. Tempora longa tibi non promittere vite, Quocumque ingrederis, sequitur mors, corpus ut umbra.

Lib. 4, *D. stichor.*, metr. 74.

180. Vita sancta hominum ex ante factis spectatur. *Lib. 2, de Arte rhetor. ad Herenn.*

181. Qui nihil habet in vita jucundius vita; is cum virtute vitam colere non potest. *Ibid.*, lib. 4.

182. Optima vivendi ratio est eligenda: eam jucundam consuetudo reddet, omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandæ. *Ibid.*

183. Magna consolatio est, cum recordaris te recte vereque vixisse. *Lib. 6, epist. 21, ad Torranian.*

184. Non potest jucunde vivi, nisi sapiens, honeste, justeque vivatur; nec sapiens, honeste, juste nisi jucunde. *Lib. 4, de Finib.*, num. 57.

PHILO SUD.

S. PROSPER.

MAGNES.

S. SYNESIOS EPISCOPUS.

XIMUS PUB.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS.

CATO POGI.

CICERO.

VILNIUS II.

185. An id exploratum cuiquam potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperam? *Ibid.*, lib. 2, num. 92.

186. Ars est, Philosophia vite. *Ibid.*, lib. 3, num. 4.

187. Non potest jucunde vivi, nisi cum virtute vivatur. *Lib. 3, Quæst. Tuscul.*, num. 49.

188. Quis est tam stultus (quamvis sit adolescens) cui sit exploratum, se ad vesperam esse victurum? *De Senect.*, num. 67.

189. Ille vult diu vivere, qui diu vixit: quid est in vita hominis diu? mihi quidem nec diuturnum quidquam videtur in quo est aliquod exitum: cum id advenit, tum illud quod præterit effluxit: tantum remanet, quantum virtute et beneficiis consecutus sis. *Ibid.*

190. Quid habet hæc vita commodi? quid non potius laboris? *Ibid.*

191. Frustra vivit, cui ut bene vivat, nulla cura est. *In Sent.*, sent. 10.

192. Heu! quam ponitenda incurrit homines vivendo diu. *In suis Sent.*, sent. 166.

193. Homo vite accommodatus, non donatus est. *Ibid.*, sent. 173.

194. Male vivunt, qui se semper victuros putant. *Ibid.*, sent. 240.

195. Non maximi quidem estimandum est vivere, sed bene vivere. *In Dialogo Critonis.*

196. Vita istius usura ad aliquod tempus ei, qui vere sit vir, non est optanda: neque sane quidquam vite desiderio teneri debet, sed harum rerum cura Deo est committenda. *De Rhetor.*

197. Illud studiose considerare unusquisque debet, qua ratione tempus illud vite sibi ad vivendum tributum, quam optime possit traducere, et bonis moribus atque institutis se componere. *Ibid.*

198. Hunc esse optimum modum vite constituenda scias, ut et justitiam, et omnem aliam virtutem exerceamus; et ita vivamus, ut et ita moriamur. *Ibid.*

199. Justa anima et vir justus, bene vivet: mala autem, male. Atqui qui bene vivit, felix est atque beatus: qui vero male, infelix atque miser. *Lib. 1, de Republ.*

200. Quisque ita omnem vitam instituat, ut felicem laudabilemque sui memoriam ad posteros transmittat. *Epist. ad Divyos.*

201. Frequentibus hominum sermonibus jacatur, vitam hanc nostram esse peregrinationem, et consentaneum est. *In Dialogo Arriochi.*

202. Vita hominum altos recessus, magnasque latebras habet. *Lib. 3, epist. 3, ad Corecian.* *Hispallam.*

203. Quid tam circumsisum, tam breve, quam hominis vita, etiam longissima? *Lib. 3, epist. 7, ad Candidum Rufum.*

204. Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. *Ibid.*

205. O vita misero longa, felici brevis! *Lib. 3, Controv. 18.*

206. Præceperunt veteres optimam sequi vitam, non jucundissimam; ut recte ac bonæ vite non dux, sed comes voluptatis sit. *De vita beata*, cap. 8.

207. Ego nego quemquam posse jucunde vivere nisi simul et honeste vivat. *Ibid.*, cap. 10.

208. Omnis vita servitium est. *De tranquillit. animi*, cap. 10.

209. Male vivet quisquis nesciat bene mori. *Ibid.*, cap. 11.

210. Humanus est deridere vitam, quam deplorare. Ille qui ridet, spei bonæ aliquid relinquat: qui autem luget, stultus dellet, quæ corrigi posse desperat. *Ibid.*, cap. 5.

211. Vita, si scias cui, longa est. *De Brevit. vite*, cap. 2.

212. Vivere tota vita descendam est; et quod magis iorissime miraberis, tota vita descendam est mori. *Ibid.*, cap. 7.

213. Non est quod quemquam propter canos, aut rugas, putes diu vixisse: non ille diu vixit, sed diu fuit. *Ibid.*, cap. 8.

214. Tu occupatus es, vita festinat: mors interim aderit, cui velis nolis vacandum est. *Ibid.*

215. Maxima vite jactura, dilatio est: illa primum quemque extrahit diem, illa eripit presentia, dum ulteriora promittit. *Prose.*

216. Maximum vivendi impedimentum, est expectatio quæ pendet ex crastino: perdis hodiernum, dum quod in manu fortunæ positum est, disponis; quod in tua, dimittis. *Ibid.*, cap. 9.

217. Hoc iter vite assiduum; et citatissimum, quod dormientes vigilantesque eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine. *Ibid.*

218. Omnis vita supplicium est. *De Consolat. ad Polybium*, cap. 28.

219. Plena et infesta variis casibus vita est. *De Consolat. ad Marciam*, cap. 16.

220. Non est bonum vivere, sed bene vivere. *Lib. 3, de Benef.*, cap. 31.

221. Si prolongetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem; quoniam mora non fit beatorum vita, sed longior. *Ibid.*, lib. 5, cap. 17.

222. Dum differtur vita, transeurrit. *Epist. 1.*

223. Tu ita vive, ut nihil mali committas. *Epist. 3.*

SENeca.

224. Vive, ut convenit. *De consolat. ad Marcium*, cap. 18.
225. Nulli potest secreta vita contingere, qui de producenda nimis cogitat. *Epist. 4.*
226. Laeti dicamus: Vixi, et quem dederat cursum fortuna, peregi: crastinum si addecerit Deus, laeti recipiamus. *Prose.*
227. Ille beatissimus est, et securus sui possessor: qui crastinum sine sollicitudine expectat: quisquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum surgit. *Epist. 12.*
228. Nemo, quam bene vivat; sed quandiu, curat: cum omnibus possit contingere ut bene vivat: ut diu, nulli. *Epist. 22.*
229. Una est catena, quae nos alligatos tenet, amor vite. *Epist. 26.*
230. Considera quam pulchra res sit, consummare vitam ante mortem, deinde expectare secure reliquam temporis sui partem. *Epist. 32.*
231. Recognosce singulos, considera universos: nullius non vita spectat in crastinum. Malum finitum est: non enim vivunt, sed victuri sunt, omnia differunt. *Epist. 45.*
232. Tota brevis est vita nostra, punctum est quod vivimus, et adhuc puncto minus, sed hoc minimum specie quadam longioris spatii natura divisit. *Epist. 49.*
233. Mors me sequitur, fugit vita. *Ibid.*
234. Doce non esse positum bonum vita in ejus spatio, sed in usu. *Ibid.*
235. Doce posse fieri, imo saepe fieri, ut qui diu vixit parum vixerit. *Ibid.*
236. Id ago, ut mihi instar totius vitae, sit dies: nec tanquam ultimum rapio, sed sic illum aspicio, tanquam esse vel ultimus possit. *Epist. 61.*
237. Ut satis vixerimus, non anni, nec dies faciunt, sed animus. *Epist. 61.*
238. Non vivere bonum est, sed bene vivere: itaque sapiens vivit, quantum debet, non quantum potest: videbit ubi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus: cogitat semper qualis vita, non quanta sit. *Epist. 70.*
239. Ideo peccamus, quia de partibus vitae omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. *Epist. 71.*
240. Tandiu descendam est, quemadmodum vivas, quandiu vivis. *Epist. 76.*
241. Vita non est imperfecta, si honesta est: ubicunque desines si bene desinis, tota est, sed et fortiter desinendum est. *Prose.*
242. Non est res magna vivere, omnes servi tui vivunt, omnia animalia: sed magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. *Epist. 77.*
243. Vita, si moriendi virtus abest, servitus est. *Ibid.*

244. Quomodo fabula, sic vita: non quandiu, sed quam bene acta sit, refert. *Prose.*
245. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas; quocumque voles, desine, tantum bonam clausulam impone. *Ibid.*
246. Non ut diu vivamus curamus, sed ut satis, natura ut diu vivas, falo opus est; ut satis, animo. *Prose.*
247. Longa est vita, si plena est: impletur autem cum animus sibi bonum suum reddidit, et ad se potestatem sui transtulit. *Epist. 93.*
248. Quid octoginta anni hominem juvant per inertiam exacti? non vixit iste, sed in vita moratus est, nec sero mortuus est, sed diu: octoginta annis vixit, imo octoginta annis fuit. *Epist. 93.*
249. Hoc agamus, ut quemadmodum pretiosa rerum, sic vita nostra non pateat, sed multum pendat: actu illam metiamur, non tempore. *Ibid.*
250. Quemadmodum in minore corporis habitu, potest homo esse perfectus; sic et in minore temporis modo potest esse vita perfecta. *Ibid.*
251. Quæris quid sit amplissimum vitae spatium? usque ad sapientiam vivere: qui ad illam pervenerit, attingit non longissimum finem, sed maximum. *Ibid.*
252. Non est beator, qui diutius vixerit: rectius vivat oportet, ut beatus vivat: si rectius non potest, ne beatus quidem. *Epist. 92.*
253. Dimidium vitae edormitur, adlice labores luctus, et pericula, et intelliges etiam in longissima vita, minimum esse quod vivitur. *Epist. 99.*
254. Vita nec bonum, nec malum est; boni ac mali locus est. *Ibid.*
255. Nihil differamus, sic formemus animum, tanquam ad extremum vitae ventum sit: quotidie cum vita, paria faciamus. *Prose.*
256. Maximum vitae vitium est, quod imperfecta semper est, quod etiam aliquid ex illa differtur. *Epist. 101.*
257. Cui vita sua quotidie tota est, securus est. *Ibid.*
258. Discendum est quam bene vivas referre, non quandiu: saepe autem in hoc esse bene, ne diu. *Ibid.*
259. Non est delicata res, vivere: sed confragesum hoc iter. *Epist. 107.*
260. Fiuunt dies, et irreparabilis vita decurrit: una felicitas est, bona vita. *Epist. 123.*
261. Res sordida est, trita ac vulgaria via vivere. *Epist. 122.*
262. Male vivunt, qui se semper victuros putant. In suis *Proverb. in fine positus.*
263. Volunt homines ita præceptum esse ut vivunt; non ita vivere, ut præceptum est. *Ibid.*

- SIXTUS PHILOSOPH. 264. Finem vitæ existima, vivere secundum Deum. sent. 191.
265. Non est secundum Deum vivere, nisi pudice, et bene, et iuste quis agat. *Ibid.*, sent. 387.
266. Hominum infidelium vita opprobrium est. *Ibid.*, sent. 387.
- VALEBRIUS MAXIMUS. 267. Humanæ vitæ conditionem præcipue primus et ultimus dies continet: quia plurimum interest, quibus auspiciis inchoetur, et quo fine claudatur. *Lib. 9. Dictor. memorabil.*, cap. 12.
- Vide etiam tit. *Ætas*, sent. 68; *Conversionis dilatio*, sent. 19, 20, 21, 22; *Fatum*, sent. 19; *Finis*, sent. 29; *Incipere*, sent. 84, 85, 86, 87, 88; *Instabilitas*, sent. 42, 43; *Judicium extremum*, sent. 47; *Luctus*, sent. 66; *Miseria*, sent. 45; *Mors* in genere, sent. 161, 162, 275, 276, 277, 314; *Multitudo*, sent. 22; *Mundus*, sent. 28; *Peccatorum remissio*, sent. 43; *Reddere rationem*, sent. 5; *Sancritas*, sent. 87; *Senex* in genere, sent. 1; *Timor mortis*, sent. 60; *Tribulatio*, sent. 26, 27; *Vita æterna*, sent. 153, 154; *Voluptas*, sent. 84.
- VITÆ ETERNITAS. Vide *Eternitas*.
- VITIUM.
- S. AUGUST. *Definitio*. Vitium est qualitas, secundum quam malus est animus. *De perfectione justitie*, ratiocinat. 4.
- S. BASILIUS MAGNUS. Vitium nihil aliud est, quam defectus virtutis. In *Constit.*, cap. 2.
- S. JOHANNES BAPTIST. Vitium nihil quidquam aliud est, quam boni recessio, quemadmodum est caligo lucis abscessus. *Lib. 2, de Fide orthodox.*, cap. 30.
- S. MAXIMUS MART. Vitium est oblitio honorum naturalium ad animam intellectivam pertinentium. *Centuria 1, de Virtute et vitio*, cap. 57.
- JOAN. GERS. Vitium in genere est mala inclinatio creature rationalis ad operationes nature sue incongruas vituperabiliter exercendum, aut a bonis desistendum. *Part. 4. In Descript. terminorum.*
- S. THOMAS AQUINAS. Vitium uniuscujusque rei est, quod non sit dispositio secundum quod convenit sue nature. 1, 2, quest. 71.
- CICERO. Vitiositas est habitus aut affectio in tota vita inconsistans, et a seipso dissentiens. *Lib. 4, Tuscul. quest.*, num. 29.
- S. BASILIUS MENSUS. *Differentia*. Omne vitium est anime ægritudo, virtus vero sanitatis rationem obtinet. *Homil. 9. In Hexæmer.*
- RECHARD. A S. VICTORE. Aliud est vitium, et aliud est peccatum. Vitium est ipsius naturalis boni, etiam invitus defectus: peccatum vero est tentantis mali spontaneus consensus. *Prose.*
- Vitium est corruptio nature, ex qua fit prona et cupida illius etiam mali saepe, cui tamen consentire nolit: peccatum vero est perversio in-

dustræ, per quam saepe illi etiam malo consentit, cui facile resistere potuit. *Part. 1 tract. 2, de Statu interioris hominis*, cap. 8.

*Productio et comparatio*. Sic vitio vitium gignitur, sicut virtus virtute concipitur. *Lib. 2, de Summo bono*, cap. 33, sent. 2.

Sicuti corporum languor, ita vitiositas quidam est quasi morbus animorum. *Lib. 4, de Consolat. Philosoph.*, prosa 4.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Docet vitia nescire, qui docet causas nescire vitiorum. *Lib. 4, de Virginibus.*
2. Qui subjectus est vitis, multis se dominis addixit, ut servitio ei exire vix liceat. *Lib. 2, de Jacob*, cap. 3.
3. Cavenda prima sunt vitia, ne in plura deinde graviora proserpant. *Super Psalm. 1.*
4. Virtus virtuti accumulata prodest, sic vitium appositum vitio obest. *De Similitud.*, cap. 54.
5. Vitium destruit naturam, consumit iravidia, inflammat concupiscentia, incestat luxuria, dehonestatio quæ, confusat ebrietas, detractio lacerat, ambitio supplantat, discordia dissipat, ira perturbat, levitas dejicit, torpor opprimit, hypocrisis fallit, adulatio frangit, favor extollit, calumnia pungit. *In Medit.*
6. Omnia vitia prope voluntati deseruiunt. *De Similitud.*, cap. 36.
7. Vitium non aliunde malum est, nisi quia natura adversatur ejus ipsius rei, cuius est vitium. *Lib. 3, de Lib. arb.*, cap. 14.
8. Non ab homine vincit potest, qui vitia sua vicerit. *De vera Relig.*, cap. 46.
9. Perpetienda sunt vitia multitudinis, ut curentur; et prius toleranda, que sedanda est pestilentia. *De moribus Eccles.*, cap. 32.
10. Virtute privati, atque in vitium delicere, damnable est. *Lib. 9, de Trinit.*, cap. 10.
11. Mens veritatis capax non est, nisi vitis libera. *De agone Christiano*, cap. 13, in titulo.
12. Difficile est ut dum perverse homines vitia deviant, non in eorum contraria pervicaciter eurrant. *Lib. 9, de Genesi ad lit.*, cap. 8.
13. Vitium est quædam sterilitas, et quasi famas animorum. *De beata vita, in disput. prima die.*
14. Quandiu vitium imperatur, plena pax non est; quia et illa que resistunt, periculoso debellantur prælio, et illa que victa sunt, nondum securum triumphantur otio, sed adhuc sollicito premuntur imperio. *Lib. 19, de Civit. Dei*, cap. 27.
15. Nullum vitium ita contra naturam est, ut nature deleat etiam extrema vestigia. *Ibid.*, cap. 12.
16. Vitia sunt irænaunda, cohædenda, sananda:

sed dum curantur, infesta sunt. Lib. 2, *contra Julian.*, cap. 3.

17. Non satis est ut moriantur vitia, nisi marcescant corporis luxus. *Ibid.*, cap. 5.

18. Omnia vitia in malefactis timenda sunt, superbia in benefactis plus metuenda est. Super *Psalm.* lxx, conc. 2, vers. 14.

19. Neque vitis oppressos, sed ipsa vitia oderimus. *De quantis animae*, cap. 34.

20. Nullius vituperatur vitium, nisi cuius natura laudatur. Lib. 3, *de Lib. arb.*, cap. 13.

21. Omne vitium eo ipso quo vitium est, contra naturam est; si enim naturae non nocet, nec vitium est. *Ibid.*

22. Non recte in vitio displicet, nisi quia vitiat quod in natura placet. *Ibid.*

23. Quaecunque natura cum vitio, ad eam quae sine vitio est, ut corrumpat, accedit; eo ipso non accedit equalis, sed infirmior vitio suo. *Ibid.*

24. Quia vitium natura adversatur, tantum addit malitiae vitiorum, quantum naturarum integritati minuitur. Lib. 3, *de Lib. arb.*, cap. 14.

25. Vituperatio vitiorum, ipsarum etiam quarum sunt vitia naturarum, decus dignitatemque commendat. *Ibid.*, cap. 15.

26. Uni virtuti duo vitia opponi solent. *Epist.* 29.

27. Aliquando vitium vitio tollitur, ut amore laudis, amor pecuniae: aliquando vitium cedit, ut plura succedant. *Epist.* 29.

28. Anima vitibus corrumpitur. *De Fide et Symb.*, cap. 10.

29. Nonnumquam apertissima vitia, aliis vitibus vincuntur occultis, quae putantur esse virtutes. Lib. 24, *de Civit. Dei*, cap. 16.

30. Unum vitium cetera omnia non consequuntur. Lib. 4, *de Baptismo contra Donat.*, cap. 20.

31. Accedit ad vitium corruptionis, vitio consensionis. Lib. *ad Donat.*, cap. 20.

32. Nihil aliud in vitio recte displicet, nisi quia detrahit vel minuit, quod in natura placet. Lib. 4, *contra Julian.*, cap. 3.

33. Tanto peiora sunt vitia, quanto virtutum specie celantur. In suis *Prov.*, verbo *Tanto*.

34. Vitibus dediti non possunt virtutibus ditari. *Ibid.*, verbo *Vitibus*.

35. Expertis vitiorum illecebris, difficilior quam incognitis caremus. Lib. 3, super *Esdram*, cap. 20.

S. BERNARDINUS. 36. Qui sunt in vitibus assueti, quanto sunt antiquiores, tanto sunt stultiores. *Serm.* 14, *Dom. post Pent.*, art. 1, cap. 5.

S. BERNARDUS. 37. Familiare magis nobis est carnis nostrae servire vitibus, quam actiones et passiones ejus ordinare. *Serm. ser. 4, Hebdom. panose.*

38. Credite mihi, et putata repullulant, et elongata redeunt, et reaccendantur extincta, et sopita demum excitantur. *Prose.*

39. Parum est semel putasse, saepe putandum est, imo (sufficiat) semper: quia semper quod putatum oportet (si non dissimulas) invenis.

40. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua, et non magis suppressa: vobis nolis intra fines tuos habitat Jebuseus: subjugari potest, sed non exterminari. *Serm.* 58, super *Cant.*

41. Vitiosus conscientias vitiorum non refugit; et ubi omnes sordent, unus factor minime sentitur. Lib. 1, *de Consid.*, ad *Eugen. Pap.*

42. Vitium si patet, fit ex magno pusillum: si latet, fit ex minimo magnum. *De Inter. domo*, cap. 37.

43. Melius est ut vitis vitium, quam ut emendes: ne forte cum incurris, revocare non possis. *Ibid.*

44. Anima mole carnis pressa, sicut difficile ad virtutem surgit, ita facile in vitia cadit. *De ordine vitio.*

45. Vitium cum nihil esse credatur, quam privatio virtutis, tamen vastitas ejus et enormitas tanta nunquam quasi sentitur, ut obruat et opprimat: foeditas tanta, ut inquinat et indicat: adhesio tam pertinax consuetudinis, ut vix a se eam natura excutiat. *De vita solitaria.*

46. Omnis vitii frustra siccatur rivus, si fons non fuerit obturatus. *Ibid.*

47. Extrema servitus est vitibus servire. Lib. 5, *de Consolat. philos.*, prosa 2.

48. Tanto est homo a Deo longius, quanto in vitibus profundius. *Serm.* 3, *Dom.* 2, *Quadrag.*

49. O quam miserabilis est vitiorum submersio! vanitas cor rapit, curiositas seducit, cupiditas allicit, voluptas deducit, luxuria polluit, torquet invidias, turbat iracundia, cruciat tristitia. *Serm.* 1 *ser.* 1 *Pent.*

50. Hostis antiquus multa quae sunt vitia secundum veritatem palliat sub specie virtutum. Super lib. 2 *Sent.*, dist. 21, art. 2, quest. 3.

51. Quot vitia habuerit homo, tot habet demones. *Homil.* 23.

52. Vitiorum servus, Dominum non meretur habere sanctorum. Super *Psalm.* cxviii, vers. *Tuus sum ego*.

53. Succumbere et cedere vitibus, extrema est servitus: sicut ea vincere, sola est libertas. Lib. 2 *Sermon.*

54. Fuga vitii aditum virtuti efficit. Lib., *contra Manich.*

55. Cetera vitia crescunt vitibus, vanitas virtutibus. *Epist. Parenetica ad Valerian.*

S. EUSEBIUS  
CESAR.  
S. EUSEBIUS  
EMISEN.

56. Nullum sit inquam cum vitibus foedus, sed vitium odiatur. *Epist. ad Damas. Papan.*

57. Quantum a vitibus recesseris, tantum virtutibus propinquabis. *Homil.* 3 *Epiphian.*

58. Qui in securitate vitibus deditus est, in libertate captivus est. *Homil.* in *Litanis*.

59. Vitia quae utrumque hominem impediunt, utriusque labore vincenda sunt, atque expugnanda. *Homil.* 8, ad *Monachos*.

60. Uniuscujusque malum vitii in suum recurrit auctorem: suam linguam malloquus recurrit, suum cor obrectator exulcerat, suae mentis, lumen iracundiae obcecat, suam animam invidiosus velut quadam rubigine pestifero livore corrumpit. *Ibid.*, *homil.* 9.

61. Nullum vitium meum est, nisi quod voluntas mea facit esse meum. In *Annot. super Psalm.* xviii.

FRANCISCUS  
TITELM.

62. Injuria est, si tibi suavius fragrant vitia, quam virtutum lilia. *Serm.* 27, super *Cant.*

GILBERTUS.  
ANGLES.  
GLOSS. INT.

63. Vitia solas animas quaerunt. Super illud *Gen.* xiv: *Da mihi animas*.

64. Vitia minima saepe reservantur, ut virtutes maxime in humilitate habeantur, et vitia maxima premanant. In *Josue*, cap. 16.

GLOSS. ORD.

65. Expertis vitiorum illecebris difficilior caremus, quam incognitis. Super II *Esdra*, cap. v.

GLOSS. INT.

66. Vitia vitibus succedunt, quae si non omnia simul sint, omnia tamen simul sunt in mente: et si non omnia ostendit, omnia facere appetit. Super *Job*, cap. xx.

GLOSS. ORD.

67. Vitia extinguenda sunt, non caro. *Ibid.*, cap. xxx.

GLOSS. INT.

68. Dulcia sunt vitia dum flunt, sed postea amarora. Super *Joel*, cap. i.

S. GREGORIUS  
MAGNUS.

69. Sicut bonus odor ex virtute est, sic foetor ex vitio. Lib. 4 *Moral.*, cap. 26, num. 28.

70. Eos sua victoria oppressit, qui vitia superant, sed sub ipsa quae subjiciunt, succumbendo succumbunt. *Ibid.*, lib. 19, cap. 13.

71 bis. Vitia virtutum specie palliata, blanda quidem superficie inebriant, sed aspera contrarietate mentem perturbant. *Ibid.*, lib. 3, cap. 19 super illud *Job* ii: *Si bona suscepimus, etc.*

72. Saepe quodlibet vitium impudenti praesumptione committitur, et saepe (quod omni culpa fit gravius) etiam de commisso vitio superbitur. *Ibid.*, lib. 7, cap. 12, num. 15.

73 bis. Vitium ab ipsa mox radice secundum est, ut cum latenter oritur, tunc vigilanter abscindatur, ne proventu vigeat, ne usu roretur. *Ibid.*, lib. 24, cap. 43, num. 28.

74. Perumque vitia colore virtutum tincta: tanto nequiora sunt, quanto et esse vitia minime

cognoscuntur. *Ibid.*, lib. 34, cap. 10, super illud *Job* xxxviii: *Frustra laboravit, etc.*

75. Tanto tardius mens vitium suum deserit, quanto per virtutis speciem decepta, praemiorum etiam de eo retributionem quaerit. *Ibid.*, lib. 32, cap. 17, num. 23.

76. Tantotardius mens vitium suum deserit, quanto hoc quod perpetrat non erubescit. *Ibid.*

77. Cum vitium virtus creditur, sine metu culpa cumulat. Part. 3 *Pastor*, cap. 1, admonit. 17.

78. Sunt quaedam vitia, quasi per quamdam sibi cognationem propinqua: sicut dissolutio spiritus, appetitus gulae, et immunditia luxuriae, sicut multiloquium fallacia, atque perjurium. *Homil.* 12, super *Ezech.*, super illud: *Et dabis contra eam castra, etc.*

79. Quid detestabilis in vitibus, quam luxuriae motus, furti crimen, turpis lucri appetitus, ira impetus, amaritudo tristitiae secularis, desidia accedens, appetitus vanae gloriae, tumor superbia? Lib. 4, in 1 *Reg.*, cap. 1.

80. Dum vitium simplices quasi virtutem indicant, in se absconditum hostem portant. *Ibid.*, cap. 4.

81. Quid sunt vitia, nisi languores animarum? *Ibid.*, lib. 6, cap. 8.

82. Promptum et proclive est vitium, etiam nullo trahente. Hab. apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 12.

83. Vitium omne ad virtutem collatum, aut deficit, aut excedit. *De vita Moysis*.

84. Vitia non decipiunt, nisi sub specie umbrae virtutum. *Epist.* 7, ad *Letaniam*.

85. Nemo sine vitibus nascitur: optimus ille est, qui minimis urgetur. *Epist.* 9, ad *Salvianum*.

86. Turpiora sunt vitia, cum virtutum specie celantur. *Epist.* 14, ad *Celantiam*.

87. Vicina sunt vitia virtutibus. *Epist.* 12, ad *vers. Vigilant.*

88. Fuganda sunt omnibus modis, et abscindenda vitia: languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a civitate seditio, a domo discordia, et a cunctis robor intemperantia. *Epist.* 22, ad *Rufin.*

89. Qui vitia non habet, irreprehensibilis appellatur: qui virtutibus pollet, ornatus est. *Epist.* 44, ad *Ocean.*

90. Ita se natura habet, ut blanda vitia existimantur. *Epist.* 58, ad *Grasum*.

91. Vitia, quae ignorantia et errore committuntur, cum non sit voluntas in crimine, error tamen in culpa est. *Epist.* 47, ad *Cyprianum*.

92. Tibi non tam expellenda sunt: quae utique non recipere facilius est, quam semel suscepta deponere. *Prose.*

S. GREGORIUS  
NAZ.

S. GREGORIUS  
NYSS.

S. HIERONIMUS.

BOETIUS.

S. BONAVENTURA.

S. CASSIUS  
ARRENT.

CASSIODORUS.

CLEMENS  
ALEX.

DIDYMUS  
ALEX.

S. EUSEBIUS.

91. Nec eorum tanta dulcedo est, ut ea debeamus præferre virtutibus, cum nec in omnibus sit delectationis illecebra, et a perisque ea etiam que videntur dulcissima, respuantur.

92. Duo sunt ex omnibus vitia, quas maxime homines decipiunt sui voluptate, gula scilicet ac libido, quæ deponere eo difficilissimum est, quo eis uti dulcius.

93. Aliorum vitiorum est longe diversa ratio, quas cum nihil habeant iucunditatis, tamen multum amaritudinis habent, quæque cum ad vitandum sunt faciliora, raro a quibus vitentur, invenies.

94. Quid invidio delectationis prestat? quid alter ab odio mercedis accipit? quid iracundo furor suos confert? similiter curre per singula, invenies tot animæ tormenta quot vitia, quæ utique eo facilius vicini possunt, quo nulla illicent nos voluptate. Epist. 1, ad Demetriad.

95. Nullus unquam in mente tua ullius sit vitii locus: nihil in te superbum, nihil arrogans, nihil denique fastidiosum. Ibid.

S. HILARIUS

96. Vita corporis non sunt sinenda coalescere, sed in exordiis statim enecanda. Super Psalm. CXXXV.

HUGO A S. VICTORE.

97. Vitium non vincitur, nisi sollicitè causa et oportunitas vitii caveatur. Super Regul. D. August., cap. 6.

98. Quisquis perfecte appetit incentiva vitiorum fugere, ab aspectu et vicinitate ipsorum se debet alienum facere. Ibid.

99. Felix anima cui vitia servant, virtutes obediunt. Lib. 3, de Claustræ animæ, cap. 9.

HUGO CARD.

100. Sunt qui vitia superant, sed sub ipsis superbiendo succumbunt. Super Gen., cap. 11.

101. Vitia complexa sunt, et se mutuo juvant. Ibid., cap. 14.

102. Sicut vitium est prius infundere, quam infundi: ita vitium est semper infundi, et nunquam infundere. Ibid., cap. 46.

103. Tot Deos habet peccator, quot vitia. Super Psalm. LXXX.

104. Valde cavendum est vitium, quod de victoria surgit vitiorum. Super Psalm., cxiii.

105. Tot demonibus debitor est, qui vitis subiectus est. Super Sapient., cap. XVI.

S. INNOC. III.

106. Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet, quanto qui peccat major habetur. Prose.

107. Multa sunt levia subditis, quas graviora sunt prelati, et multa sunt laicis venialia, quas clericis sunt mortalia. Serm. 1, in consecrat. Pontific.

JOAN. CAS.

108. Cause vitiorum, sicut in omnibus immorantur, ita ab omnibus ignorantur. De Canob. Inst., lib. 5, de spiritu Gastrum., cap. 2.

109. Impossibile est extingui ignita corporis incentiva, priusquam cæterorum quoque principium vitiorum fomites radicibus excidentur. Ibid., cap. 11.

110. Magis exercitio usque humano cessato efferantur in nobis vitia, nisi fuerint aut purgata. Ibid., lib. 8, cap. 17.

111. Tria sunt, quæ faciunt homines a vitis temperare, aut metus gehennæ, sive presentium legum; aut spes atque desiderium regni colorum; aut effectus boni ipsius, amorque virtutum. Collat. 11, Abbat. Chæremonis., cap. 6.

112. Vitiorum extirpationem nullus obtinere posse se credat, qui non prius ipsas causas atque materias, pro quibus in illa collapsus est, omni spiritu fervore succiderit. Collat. 20, Abbat. Pinnisi., cap. 10.

113. Vitium momentaneum habet voluptatem, dolorem vero perpetuum: virtus e contra laborem brevem, fructum vero cum hilaritate indiescentem. Homil. 4, de file Anna.

114. Unusquisque vitiosus omni bestia improbatior immanior. Homil. 4, super Math. Oper. perf.

115. Innata vitia nullis cedunt remediis. Homil. 22, ex Divers. in Matth.

116. Voluptate vera fruitur, qui præ omnibus fugit vitium, virtutemque sectatur. Serm. 1, super Epist. ad Rom.

117. Nihil turpius aut informius anima vitis obnoxia. Homil. 22, ad Popul. Antioch.

118. Vitia sola servitutum inducunt, hominumque personis et rebus indebito famulatu subiiciunt: et licet servitus personæ quandoque miserabilior pareat, vitiorum servitium longe semper miserior. Lib. 7, de Nugis curial., cap. 25.

118. bis. Qui vitis dominatur, ille nobilis est. In cap. 2, Regule S. Bened., verbo Caput.

119. Recedens homo a Deo, statim vitiorum traditur potestati; ut dum patitur infesta vitia, revertendo unde ceciderat, respiciat. Lib. 2, de Sum. bono, cap. 32, sent. 1.

120. Si sancti toto animi nisu contendunt superare vitia, nec extinguunt: quid agent hi, qui non solum non odiunt vitia, sed toto ea amore sectantur? Prose.

121. Satis delicate se palpat, qui vitia sine labore vult superare: dum peccati legem, quam sibi deserviendo vitis fecit, sine violentia doloris rescare non possit. Ibid., sent. 2.

122. Perfecite renuntiat vitio, qui occasionem evitat in perpetrando vitio. Prose.

123. Nam si velis tantumdem vitia non perpetrare, et data occasione perpetraveris: tu tibi et reus et iudex es, qui et commissa damnas, et damnato committis.

S. IOHANNES CHRYSOST.

JOAN. SAL.

JOAN. ERIB.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. LAURENT. JUSTIN.

LUDOVICUS MOLOSUS.

S. NILUS.

S. PETRUS CHRYSOL.

124. Se autem iudice reus est, qui vitia et accensit et perpetrat. Ibid., sent. 4.

125. Quædam vitia dum non perfecte vitantur, suos in se faciunt relabi auctores: nam si unum vitium districte vitetur, et alia negligantur, inanis labor est. Prose.

126. Non enim potest in unius observatione virtutis fortiter perdurare, cuius alia vitia dominantur in corde. Ibid., sent. 5.

127. Nonnunquam hominem sua vitia persequuntur, quia nimirum qui prius volendo ea sibi fecit socia, postea sentit etiam nolens stimulos. Ibid., sent. 6.

128. In cordibus seculariter viventium, invicem sibi succedunt vitia: ut dum unum abierit, succedat aliud. Ibid., cap. 33, sent. 4.

129. Aliquando utiliter peccatur in minimis vitis, ut majora vitia utilius caveantur. Ibid., sent. 5.

130. Veraciter sanantur vitia, que virtutibus et non vitis excluduntur. Prose.

131. Quorundam autem quedam latentia vitia, tunc apparent, quando a aliis vitis desinant. Ibid., sent. 5.

132. Interdum virtutes vitia gignunt, dum aliquando pro tempore opportuno minime relaxantur: sicut fit, ut que loco congruo virtutes sunt, incongruo vitia deputentur. Ibid., cap. 34, sent. 2.

133. Quædam vitia species virtutum præferunt; ideoque perniciosius suos sectatores decipiunt, quos sub velamine virtutum tegunt. Ibid., cap. 35, sent. 3.

134. Qui delabuntur ad vitia, non statim a magnis incipiunt, sed a modicis assuescunt, et sic in maximis prorunt. Ibid., cap. 36, sent. 2.

135. Tunc hostes, qui intra nos sunt, a nobis fortius superantur, quando prius que intra nos sunt vitia extinguuntur; nam frustra foris agit bellum, qui intus habet periculum. Ibid., cap. 42, sent. 41.

136. Tunc turpia sunt vitia, quando sub virtutis velamine teguntur. De bono vita, tract. 12, de Humil., cap. 3.

137. Vitii virtutum oppositione resistendum est. De casto Connub., cap. 7.

138. Quid iucundius, quid facilius, quam a vitis alienus bene vivere? quid vero magis inane et laboriosum, quam Deo derelicto, vitis servire? In Canon. vite spirit., cap. 33.

139. Qui vitia cupit exsindere, radicem evelat. Orat. 3, de Avarit.

140. Nescit vincere vitia corporis, virtutis cinchum qui deponit. Serm. 22.

141. Vitia non nosse, felicitas est: nosse, periculi: vicisse, virtutis est. Ibid., serm. 116.

142. Quod ignis arida est segeti, hoc vitia corpori sunt humano: que sola securus separatione vincuntur, necantur ignorantia, et nescia felicitate evanescent. Ibid.

143. Omnia vitia ad sanorum semper intendunt et prostrantur lationem. Ibid., serm. 172.

144. Certo satis ignobile est, regii vitiorem carnalium vivere servitute, qui regii obtinens generis dignitatem. Serm. 9, de S. Benedicto.

145. Vitium a divino choro exultat. Lib. 1. Legis Allegor.

146. Vitium suapte naturalitate patet, ideo vulgo notissimum: virtus autem ita rara est, ut vix paucis contingat. De Abraham.

147. Alena a vitis tuum animam, ut a mullo ex his detentus emerge super omnium. De Migrat. Abraham.

148. Vitium vinci se, turpe non putat, assuetum ignominie: at virtus hoc probrum fugit, cui maxime gloria competit, cuius innotet amore aut vincere vult, aut certe invicta permanere. De Abraham.

149. Omne hominum mortuum est incandescens vitis. Lib. de eo quod deterius potiori insidari solet.

150. Ne mireris tanquam fortunatum, sed potius infelicem misereare, cui virtutum sterilitas, vitiorum ubertas perpetua contigit. De confusione linguarum.

151. Nihil homini prodest aliqua vitia superare, si alicui, quod neglexerit superare, subiacet. Lib. 3, de Contemplat., cap. 20.

152. Vitia et habitus mali, sunt hostes hominis. Super Psalm. vi, vers. 7.

153. In tantum vitiosus ab omnibus vivitur, ut prope nullus Christianorum sit, qui non jugiter naufragare videatur. Lib. 3, de Gubern. Dei.

154. Quid est aliud modo pene omnis cœtus Christianorum, quam sentina vitiorum? Ibid.

155. In hanc morum probrositatem prope omnis plebs reducta est, ut in cuncto populo Christiano genus quodammodo sanctitatis sit, minus esse vitiosum. Ibid.

156. Simul atque homines destiterint esse divites, desinunt esse vitiosi. Ibid., lib. 6.

157. In omnibus Gallis, sicut divitiis primi fuere, sic et vitis: nusquam improborum voluptas nunquam inquinatior vita; nusquam corruptior disciplina. Ibid., lib. 7.

158. Nonne novum hoc monstri genus est, esse aliquos, etiam in morte vitiosos? Ibid.

159. Nihil anima, que vitis, servire non vult, vehementius ac robustius. Serm. B. de Provident.

160. Si recedamus a vitis, penitus interibunt.

S. PETRUS DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

ROBERTUS BELLIAM.

SALVIANUS.

S. THEOPH.

ALEX. et eorum fraudulentata dulcedo sicabitur. *Epist. Paschal.* 8.

161. Vitia nisi coercantur, superbiunt, et obediētes sibi ad inferna detrudunt. *Ibid.*

S. THOMAS AQUINAS. 162. Vita carnalis, quae sub intemperantia continentur, etsi sint minoris culpe, sunt tamen majoris infamiae. 2, 2, quæst. 142, art. 4.

THOMAS A KEMPIS. 163. Dum parva latent vitia, tempestive adhibenda sunt remedia: ne urticae crescentes, bona semina premant. *Serm. 1, ad Novit.*, divis. 4.

164. Nisi tibi vim feceris, vitium non superabis. *Lib. 1, de Imitatione Christi*, cap. 22, sect. 5.

165. Major labor est resistere vitibus et passionibus quam corporalibus insudare laboribus. *Ibid.*, cap. 25.

166. Qui vitiose agit, generat sibi malum finem, perdit honorem, destruit quietem, invenit dolorem, auget tristitiam, tollit boni saporem. In *Hortulo Rosar.*, cap. 4, sect. 1.

167. Demoniū est servus, qui consentit vitibus. *Ibid.*, cap. 8, sect. 3.

168. Qui contra vitia disputat, et vitibus non resistit, bona semina inter spinas jacet. *Ibid.*, cap. 12, sect. 5.

S. VALER. EPISCOPUS. 169. Difficile est, ut ad ea quae preparavit Dominus credentibus in se, tibi perveniendi sit aditus, nisi onus vitium pectus exoneret. *Homil. 2, de Arela vita.*

170. Non ille sine triumpho parvo diem transigit, qui castitatis vitibus animo purificatus incedit. *Ibid.*, homil. 10, de *Bono Martyr.*

171. Sicut quanta sunt in homine vitia, tanta sunt et vulnera: ita quanta sunt certamina, tanta sunt et premia. *Ibid.*

## SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL. 172. Vitia corporis, ea quidem quae in nostra sunt potestate, reprehenduntur: ea vero quae non sunt, non increpantur. *Lib. 3, Ethic. ad Nicomach.*, cap. 5.

173. Omnis modum superans vitiositas, vel ferina est, vel morbosa. *Lib. 7 Moral.*, cap. 5.

CICERO. 174. Totus es in vitibus, turpiter audes facere, nequiter studes dicere, visis invidiose, loqueris odiose. *Lib. 4, de Arte Rhetor.*

175. Nihil cognovi ingratus vitio, in quo nihil mali non insit. *Lib. 8, Epist. ad Albiūm*, epist. 4.

176. Non tam est eritendum, ut dona quae nobis data non sunt, sequamur, quam ut vitia fugiamus. *Lib. 4, de Offic.*, num. 144.

177. Est proprium stultitiae, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. *Lib. 3 Tusc. quæst.*

SENeca. 178. Amici vitia si feras, facis tua. In suis *Sent.*, sent. 10.

179. Ex vitio alterius, sapiens emendat suum. *Ibid.*, sent. 106.

180. Duo sunt in animo maxima vitia, ignorantia et pravitas. In *Dialogo Sophista.*

181. Occurrendum augescentibus vitibus, et mendum est. *Lib. 9, epist. 37, ad Paulin.*

182. Est magnificum, quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas; sed magnificus, quod tuos. In *Panegy. de Traiano Augusto.*

183. Nemo sine vitio est: ille iracundus est, ille libidinosus est. *Lib. 4, Controv.* 25.

184. Facilis in proclivia vitiorum decursus est. *Lib. 2, de Ira*, cap. 1.

185. Difficilliter reciduntur vitia, quae nobiscum creverunt: facile est autem teneros adhuc animos componere. *Ibid.*, cap. 18.

186. Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt. *Ibid.*, cap. 28.

187. Repellenda sunt vitia, quae enervant animum, cum venerint. *De Vita beata*, cap. 13.

188. Scire debemus non locorum vitium esse, quo laboramus, sed nostrum: quid prodest inagere, si non effugit? sequitur seipsum et urget gravissimus comes. *De Tranquill. animi*, cap. 2.

189. Serpunt vitia, et in proximum quamque (ut in pestilentia) transiunt, et contactu nocent. *Ibid.*, cap. 7.

190. Omnia vitia penitus insidunt, nisi dum surgunt oppressa sint. *De Consolat. ad Marciam*, cap. 1.

191. Nihil adhuc consentis es, si multa effugisti, te nondum. *Lib. 1, quæst. in Prefat.*

192. Consueti vitia serimus, nisi reprehendimus. In *Proverb.*

193. Vitia non tantum cum foris peccant, invisita sunt: sed cum in se retorquentur. *Lib. 5, de Benef.*, cap. 7.

194. Fortasse vitium, de quo quæris, si te diligenter excusseris, in sinu invenies. *Lib. 7, cap. 28.*

195. Ut corporum, ita animorum molliter vitia tractanda sunt. *Ibid.*, cap. 30.

196. Hoc tibi ante diem mortis præsta, ut moriantur in te vitia. *Epist.* 27.

197. Non multum prodest vitia sua projecisse, si cum alienis rixandum est. *Epist.* 28.

198. Quid interest, quot domini sint? si servitium vitiorum una est: hanc qui contempsit, in quantalibet turba dominantium liber est. *Ibid.*

199. In vitia alter alterum truditur. *Epist.* 41.

200. Multorum, quia imbecilli sunt, latent vitia. *Epist.* 42.

201. Vitia persequere sine modo, sine fine: nam illis nec finis est, nec modus. *Epist.* 51.

202. Omnia vitia in aperto leviora sunt, sed tunc perniciosissima scias esse, cum simulata sanitate subsidunt. *Epist.* 56.

PLATO.

PLINIVS II.

SENECA.

203. Intellegas tua vitia esse, quae putas rerum. *Epist.* 59.

204. Facilius est initia vitiorum prohibere, quam impetum regere: facilius sustuleris illa, quam rezeris: si ipsis permiseris incipere; cum causis suis crescent, tantique erunt, quanti fiēt. *Epist.* 85.

205. Non proutem iter est tantum ad vitia, sed præcepit. *Epist.* 97.

206. Si velis vitibus exui, longe a vitiorum exemplis recedendum est. *Epist.* 104.

207. Nulli non initium vitii est verendum et execrabile, sed ob hoc latius funditur: non obliuiscis, ut desinas, si incipere permiseris; excluditur facilius quam expellitur. *Epist.* 116.

208. Intranquibus vitibus resistamus, quia facilius non recipitur, quam exenti: quia non est regredi facile, optimum est omnino non progredi. *Ibid.*

209. Sunt virtutibus vitia confinia, et perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. *Epist.* 120.

210. Omnia vitia contra naturam pugnant. *Epist.* 122.

211. Si vis exercere tibi utile, nulli autem grave imperium, submove vitia. *Epist.* 94.

212. Esio vitiorum fugax, aliorum vero neque curiosus scrutator, neque acerbus reprehensor. *De quatuor virt.*

213. Consueti vitia serimus, nisi reprehendimus. In suis *Proverb.*

SERT. PHIL.

THEOPHIL.

214. Perniciosum est servire vitibus: quia quot vitia habet anima, tot et dominos. *Sent.* 67.

215. Vitia omnia convalescent, vulnerantque animam, quae infecta iisdem atque vitata, quasi venenis inlunescit. *De volunt. divina*, cui titulus *Asclepius*, cap. 8.

Vide etiam tit. *Adolescentia*, sent. 34; *Confessio*, sent. 47, 48, 49; *Conversio*, sent. 68; *Correctio*, sent. 106; *Desiderium*, sent. 82; *Displicere*, sent. 10; *Jactantia*, sent. 26; *Imitatio*, sent. 43; *Infirmas*, sent. 28; *Leus*, sent. 89; *Meliora*, sent. 10; *Mores*, sent. 94; *Natura*, sent. 16, 17; *Negligentia*, sent. 22; *Occasio*, sent. 8, 9; *Opus*, sent. 78; *Pax*, sent. 43; *Peccatorum defensio*, sent. 64; 65, 66; *Penitentia*, sent. 76; *Profectus*, sent. 140; *Recidivatio*, sent. 51, 64; *Reddere rot.*, sent. 10; *Relinqueret*, sent. 14, 15; *Rex*, sent. 30; *Sapientia*, sent. 100; *Sensus quamque*, sent. 37; *Servitium*, sent. 35, 37, 50; *Stultitiam*, sent. 37; *Superbia*, sent. 102; *Supplicium*, sent. 35; *Tentatio*, sent. 94, 95, 96; *Tractio*, sent. 8; *Via*, sent. 114; *Virtus*, sent. 29, 46, 124, 125, 269; *Vultus*, sent. 55.

## VITIORUM ET VIRTUTUM CONFLICTUS.

Vide Conflictus.

*Definitio.* Vocare Dei, est, cogitantem de fide s. AMBROS. adjuvare, aut eum compungere, quem sciat audire. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 8, in illud: *Illos et vocavit.*

Vocare Dei, est nos amando, et eligendo respicere: respondere nostrum est, amori illius bonis operibus parere. Super *Job*, cap. xiii, in illud: *Vocavit me, etc.*

*Divisio.* Quatuor sunt vocationes, prima est natura de utero ad lucem, secunda gratia, tertia solutionis, quarta retributionis. *Lib. 2 Miscellan.*, codic. 2, tit. 33.

Tres sunt vocationum modi, primus ex Deo est, secundus per hominem, tertius ex necessitate. *Collat. 3 Abbatii Paphnutii*, cap. 4.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Illos non vocat Deus, qui se justos dicunt, non usurpatores justitiae; sed peccatores vocat. *Lib. 5, super Luc.*, cap. v, in illud: *Non veni vocare justos, etc.*

2. Puto quod eos vocet prius Spiritus sanctus, qui ingreditur ex toto corde certamen, et ordinant semetipsos ad sustinendum in omni locutione adversarii, donec devincat eum. *Epist. 1, ad Fratres.*

3. Nemo potest perfecte diligere quo vocatur, nisi oderit unde revocatur. *De Vera Relig.*, cap. 46.

4. Qui spreverit voluntatem Dei invitentem, voluntatem Dei sentient vindicantem. *Ad Artic. sibi falso impositos*, respons. 16.

5. Si quis contempserit vocationem Dei, excutatur ad damnationem. Super *Psalm.* ix.

6. Non cessavit Deus vocare, aut vocatum neglexit instruere, aut instructum cessavit perficere, aut perfectum neglexit coronare. Super *Psalm.* cii.

7. Vocat undique Deus homines ad correctionem, vocat undique ad penitentiam, vocat beneficis creature, vocat impertinentem tempus vivendi, vocat per lechorem, vocat per tractorum, vocat per vitium cogitationem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis. Super *Psalm.* cii, vers. 8.

8. Vocat te nunc Deus, exhortatur te nunc, expectat donec respicias, et tu tardas? Super *Psalm.* cxlvi, vers. 8.

9. Vocat vos Jesus: solus autem ille non vocatur a Domino, qui in hoc saeculo non laborat. *De Verbis Dom.*, serm. 18.

10. Deus vocavit nos, cum aversi essemus. *De verb. Apost.*, serm. 10.

10 bis. Vocat te Oriens, et tu attendis Occidentem. *Serm.* 7, de *Verb. Dom.*

S. AMBROS.

GLOSS. ORD.

RUGO A S.

VICTOR.

JOAN. CASS.

S. AUGUST.

S. ANTONIUS ABRAS.

S. AUGUST.



11. Qui vocatus a te, secutus est vocem tuam, non me derideat ab eo medico agrum sanari, a quo sibi prestatum est ut non egrotaret, vel polius ut minus egrotaret. Libro 2 *Conf.*, cap. 7.
12. Christus dictus et factus, ad credendum primo heretatus est, quos ad salutem vocavit. Lib. 2, *de Lib. arb.*, cap. 2.
13. Deus per creaturam sibi servientem, aversum vocat. *Ibid.*, lib. 3, cap. 19.
14. Vocasti et clamasti, et rupisti surditatem meam. Lib. 10 *Conf.*, cap. 27.
15. Cum secundum propositum Dei vocatur alius, alius non vocatur, vocato datur gratitum bonum, cuius boni est vocatio ipsa principium: non vocato redditur malum, quia omnes rei sunt ex eo, quod per unum hominem peccatum intravit in mundum. Lib. 2, *ad Bonifac.*, cap. 7.
16. Reluctanti prius aditus divinae vocationis ipsa Dei gratia procuratur, ac deinde in illo jam non reluctantem, spiritus virtutis accenditur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 6.
17. Quicumque electi sunt a Deo, sine dubio etiam vocati: non autem quicumque vocati, consequenter electi. *De corrupt. et grat.*, cap. 7.
18. Si cor esset qualitercumque suspirans in ineffabilem gloriam, seculum non amaremus; et ad eum qui nos vocavit pia mente perpetuo pulsaremus. Tract. 40, super *Joan.*
19. Dicatur Deo: Vocasti nos, invocamus te: ecce audivimus vocantem, audi te invocantes. *Ibid.*
20. Homo non amet viam; totum amarum est, præter illum qui vocat. Tract. 9, super *Epist. Joan.*
21. Homo, si gehennam metuis, si regnum affectus: ne vocationem sperne. Homil. 13, *de Baptismo.*
22. Quam pauci, qui vocationi divine obediunt, ad regna colorum perveniunt! *De substant.*
23. Quidquid es, quidquid potes, debes vocanti te. Serm. 2, *de verbis Apost.*
24. Vocaciones tres sunt. *Divina*, sicut in Paulo; *humana*, in quinque millibus conversis ad vocem Apostolorum; *necessaria* in primo eremita Paulo. In suis *Sent.*, verbo *Vocaciones.*
25. Vocat te magni consilii Angelus; quid aliena consilia prastolaris? quis enim fidelior, quisve sapientior illo? In *Declarat.*
26. O summa et inenarrabilis pietas Domini Dei nostri! nolentem redire vocat, ut redeat: et ut revertatur, revocare non cessat. Serm. 1, *de S. Math.*
27. O quantum tenentur Deum laudare, Deum amare, Deum predicare, qui ad hoc vocati sunt, ut Deum agnoscat, ut Christiani fiant. Serm. 2, *de Uno Mart.*

S. BASILIUS  
MAGNUS.

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. BONAV.

28. Omnino quantum in se est inonorat eum a quo vocatus est, quisquis in ejus servitio in tristitia permanet et rancore. Lib. 3 *Pharetra*, cap. 43.
29. O insaniam nostram mirabilis! o infirmitas miserabilis! o vesania detestabilis! vocatur ad requiem, et sequimur laborem: invitatur ad solatium, et querimus dolorem. In *epist. de 25 Memorialib.* in prologo.
30. Qui vocantis gratiam non agnoscit, indignum se vocationis fructu constituit. In *Speculo discipl.*, part. 4, cap.
31. Vocatio Domini omne meritum præcedit, nec invenit dignum, sed facit. Super *Psalm.* v, vers. ult.
32. Præclara prorsus et gloriosa vocationis electio. *De Judicia incredulit.*, cap. 6.
33. Confusio maxima est post primam vocationem, qua vocavit nos Deus, et non homo, de aliquo alio curare aut sollicitari, nisi quod possit nobis prodesse ad conversationem hac vocatione condignam. *De Professione Monast.*, art. 19.
34. In quo vocatus es opere, firma anchoras ac funes, ne in pelagus paulatim navis tua impellatur: et tunc docebit te experientia quali pace in porta vocationis tue constitutus fruereris. *Alhort.* 4.
35. Ad negotiandum vocatus es; ne deperdas margaritam, ne thesaurum tuum deprædelur inimicus, ne navis demergatur una cum onere, et vacuus revertaris ad propria. In illud: *Attende tibi*, cap. 8.
36. In quacunque quis ætate fuerit vocatus, si benignitatem vocantis Domini non spernat, necesse est denarium vite perennis accipiat. *Epist. 7, ad Venentium.*
37. Bona voluntas Dei præcedit nostram, ut vocet ad poenitentiam, Super illud *Psalm.* v: *Bona voluntatis tua.*
38. Peccantes sustinet Deus diu, et dat bona, et vocat multis modis. Super illud *Psalm.* cii: *Domine longanimitas.*
39. Gratia vocantis præcedit, et exercit libertatem voluntatis. Super illud *Thren.* v: *Convertite nos, Domine.*
40. Quisquis a Deo vocatur, solvat moras, surgat a somno, faciat quod jubetur. Super *Math.*, cap. 1.
41. Vocat Deus justos, ut magis proficiant: peccatores, ut corrigantur. Super illud *Math.* ix: *Non veni vocare justos, etc.*
42. Vocatione impletur prædestinatio. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 9.
43. Ad æternam gratie vocationem electi omnes luce sapientiæ se illustrante, collecti sunt. Lib. 2 *Moral.*, cap. 16, num. 22.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

DIONYSIUS  
CARTHUS.

S. EPIFRAS.

S. FELGENT.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. CROGON.

MAGNUS.

44. Ecce Deus homines vocat per se, vocat per Angelos, vocat per Patres, vocat per Prophetas, vocat per Apostolos, vocat per Pastores, vocat per miracula, vocat per flagella, vocat aliquando per prospera, vocat aliquando per adversa. Homil. 36, super *Evang.*
45. Tunc qui laborat vocatur, quando bene agenti desiderium æternitatis infunditur: et ad vocantem se accedit, quando ad contemplativam vitam quietem venit. Lib. 5, in 1, *Regum*, cap. 4.
46. Quod omnes vocati sumus, novimus: utrum autem ad electorum sortem pertineamus, adhuc ignoramus. *Prosece.*
47. Tanto argo solliciti esse debemus in bono opere, quanto inexensabiles nos esse scimus de vocatione. Serm. *Dom.* 21, *post Pent.*
48. Vocat Deus sex modis. Interius, per inspirationem; exterius per Scripturas; superius, per promissiones; inferius, per comminationes; anterius, per beneficia; posterius, per flagella. Super *Gen.*, cap. 28.
49. Vocat nos Deus per flagella, per beneficia, per prædestinationem, per inspirationem, per prædicationem. Super *Job*, cap. 14.
50. Tanto gravius improbitate Dominus a nobis contemnitur, quanto contemptus adhuc vocare non dedignatur. Super *Hierem.*, cap. 3.
51. Nescit diabolus consilium divine vocationis: quando enim convertuntur peccatores, stupescunt, et admirantur. Super *Ezech.*, cap. xxxiii.
52. Nulli se Deus negat, nullum spernit; sed omnes manu amica vocat, et recipit. Lib. 1, *Contemplat. de Amore Dei.*
53. Quemadmodum inspiratione Domini vocati, ad viam salutis accurrimus: ita etiam magisterio ipsius, et illuminatione deducti, ad perfectionem summe beatitudinis perveniamus. Collat. 3, *Abbat. Paphnutii.*
54. In initio credere et parere vocanti, nostræ est bonæ mentis: at postquam facta fuerit fidei fundamenta, jam opus est auxilio Spiritus sancti. Serm. 1, *de verb. Apost.*: *Habentes eundem spirit.*
55. Tametsi Deus nos vocet expectat tamen ut sponte accedamus, ac tum nobis suum exhibeat auxilium. *Ibid.*
56. Si te religionis tuba vocet, statim progredere, et multa cum alacritate descendas ad certamina. Homil. 67, *ad Populum Antioch.*
57. Magnifica plane est vocatio, quæ ad res magnificas est destinata. Serm. 9, super *Epist. ad Ephes.*
58. Deus nos vocat ad cælum, nos autem nequos in gehennam impulsimus. Homil. 23, super *Epist. ad Hebr.*

RAYMO.

EUGOCARD.

IDIOTA.

S. JOANNES  
GRAYST.

59. Dei vocatio nullum cogit, nec mentem eorum qui virtutem volunt contemners, ullo modo violenta: sed hortatur quidem ac consulti, et per omnia modis bonos esse persuadet; si vero aliqui reluctentur, nullo modo cogit. Homil. 81, super *Math.* *Oper. perf.*
60. Statim ut susceperis flammam, eurre: nec scis enim utrum brevi extinguenda sit, ne forte in tenebris te deserat. Gradu 3.
61. Semper hodie clamat, hodie nos Deus semper admonet, et crastinum expectamus? *De vanit. et miser. hum. vite*, cap. 3.
62. Per typica ad vera, et per temporalia ad æterna, et per carnalia ad spiritualia, et per terrena ad cælestia vocat Deus. Lib. 4, *Advers. heres.*, cap. 28.
63. Multi cupiunt convolare ad gratiam Dei, sed timent carere oblectamento mundi: provocat quidem eos amor Christi, sed revocat cupiditas sæculi. Lib. 3, *de Summo bono*, cap. 22, sententia 4.
64. Non nisi vocata, ad Deum appropriari mens debet, ne repulsa cum pudore sternatur. *De Casto conviv.*, cap. 19.
65. Tanto quisque sit ferventior in operatione, quanto incertior est de vocatione. *De Ligno vite*, tract. 42, *de Humilit.*, cap. 4.
66. Vocatus non repente assensum præbeat, sed prius certificari de ipsa vocatione conetur, utrum a Deo si infusa, an aliunde immissa. *De Obedient.*, cap. 26.
67. Vocatus aspiratione cælesti, absque cunctatione renuntiat vitis, ac consuetudinibus malis. *Ibid.*
68. Singularis profecto est vocatio, que in beneficiorum cælestium agitur speculo. Lib. 2, *de Spirit. renar.*, cap. 22.
69. Vocatus est a Christo ille, cui dictum est, Sequere me: hic secutus est Christum, quoniam vocatus est a Christo. *Prosece.*
70. Qui autem non sequuntur Christum, quomodo vocantur a Christo? non vocantur, sed permittuntur. *De Compunct. et complacet.*, cap. 1.
71. Qui affectum suggeris: da effectum. *Epist. 102, ad Radigens Abbat.*
72. Dejecte mentis est, qui familiaris rei meminuit, cum vocatur ad regnum. Serm. 22.
73. Deus suscipit panperes, sed divites non repellit: habentes suscipit, et ad se attrahit non habentes, Abraham fuit dives, dives Job, David dives: et quid Abraham beatus quid, fortius Job, quid David sanctus? *Ibid.*, serm. 28.
74. Christus quod Mattheum vocat, non est ulla pecunie ratio, sed est ratio tota virtutis. *Ibid.*

S. JOAN. CL.

JOAN.  
TRISTE.S. ISIDORUS  
HISPAL.S. LAURENT.  
JUSTIN.PETRUS  
BLESENS.

S. PETRUS

S. PETRUS DAMIANUS.

75. Ecce Deus vocat, et non audis? promittit, et contemnis? thesaurizas tibi iram in Dei ire. *Serm. 56, de S. Martino.*

BEAT. MAURITIIUS ABB. CLUNIAE.

76. Felix tu, si tamen perstiteris, quem Pater trahit, quem Filius suscipit, cui Spiritus Dei inspirat. *Prosec.*

77. Festina igitur, veni ad invitentem te Salvatorem tuum, audi salvatricem vocem ejus, qua tibi loquitur. *Lib. 5, epist. 6, ad Humbert. archidiacon.*

PHILO JUD.

78. Quo devenisti o anima? pro qualibus bonis qualia eligesti mala? a Deo vocata es, ut heres virtutis particeps, vertis te ad vitium. *Lib. 2 legis Allegor.*

S. PROSPER.

79. Nisi ipso vocante, docente, salvante nemo venit, nemo eruditur, nemo salvatur. *Epist. ad Rufin., cap. 4.*

80. Gratia nihil ei, quem vocat, confert, nisi oculus in eo aperuerit voluntatis. *Lib. 2, de Vocat. gent., cap. 27.*

81. Vocati qui veniunt, Dei auxilio diriguntur: qui non veniunt, sua pertinacia recluduntur. *Ibid., cap. 28.*

RICHARD. A S. VICTORE.

82. Vocanti Domino appropinquat, qui dignis penitentiae fructibus Deum de die in diem placat. *Part. 1, de potest. ligandi et solvendi, cap. 17.*

83. Qui exteriora diligunt, qui sola terrena cogitant, vocem Dei audire nequeunt. *Part. 2, super Psalm. xxv.*

SALVIANUS.

84. Ille nos beneficiis vocat ad probitatem, nos ruimus in improbitatem; ille beneficiis suis provocat ad compunctionem, nos ruimus in dissolutionem; vocat ille ad castitatem, et nos ruimus in impuritatem. *Lib. 6, de Gubern. Dei.*

85. Nihil a nobis Deus onerosum, nil grave exigit, cum nos vocat: non enim nos ad aratra, aut ad ligones vocat, non ad sciendos terras, neque ad vineas pastinandas. *Prosec.*

86. Non ergo nos ad laborem vocat Dominus, sed ad refectionem: vocat ad castitatem, humilitatem, sobrietatem, misericordiam, sanctitatem, quae utique omnia non onerant, sed ornant. *Ibid., lib. 7.*

THEOPHYLACTUS.

87. (Nullus potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum.) Hoc autem dicit, non ut libertatem tollat arbitrii, sed ut ostendat, quod multa habeat opus cooperatione a Deo is, qui crediturus est. *Super Joan., cap. 6.*

S. THOMAS AQUINAS.

88. Vocatio refertur ad auxilium Dei, interius movens et excitans mentem. *1, 2, quæst. 113, art. 1.*

89. Non est laudabile, sed magis vituperabile, post vocationem interiore, vel exteriori, vel verbo, vel scripturis, factum disserere, et quasi in

dubiis consilium querere. *Contra retrahentes ad ingressu Relig., cap. 9.*

90. Virtutem Spiritus sancti vel ignorat, vel ei resistere nititur, qui a Spiritu sancto motum vocationis diuturnitate consilii detineri contendit. *Ibid.*

91. Ad serviendum venisti, non ad regendum: ad patiendum et laborandum scias te vocatum, non ad opitandum, vel fabulandum. *Lib. 1, de Imit. Chr., cap. 17, sect. 3.*

92. Felix hora, quando Jesus vocat de lacrymis ad gaudium spiritus. *Ibid., lib. 2, cap. 8.*

93. Quam felix eris, si internæ Dei vocationi sine mora gratulanter occurreris. *De fidei dispensat., cap. 3.*

94. Omnem hominem Deus, non solum ad libertatem vocavit, sed etiam in summa verum dignitate constituit. *Homil. 3, de Arctavita.*

## SENTIENTIE PAGANORUM.

95. Relinquens quæ possides, sequere verbum Dei. *Sent. 125.*

Vide etiam tit. *Conversionis dilato*, sent. 18; *Liberum arbitrium*, sent. 127; *Obvatio*, sent. 14; *Patientia Dei*, sent. 45.

## VOLUNTAS IN GENERE.

*Etymologia.* Voluntas dicta est a volatu; quoniam animus quo vult nimia velocitate transfertur. *Super Psalm. xiii, vers. 2.*

*Definitio.* Quid est voluntas? voluntas est intelligentis, et rationalis substantiæ appetitus ad id, quod animum suaviter afficit. *De Definit.*

Voluntas est in natura intellectuali et rationali appetitio ejus, quod gratum est et iucundum. *In Libro via ducis, cap. 2, de Voluntate.*

Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non amittendum, vel adipiscendum. *Lib. 1 Retract., cap. 15.*

Voluntas est, qua et peccatur, et recte vivitur. *Lib. 1 Retract., cap. 9.*

Voluntas est rationalis et vitalis appetitus ex iis, dumtaxat quæ naturalia sunt, pendens. *Lib. 2, de Fide Orthodox., cap. 22.*

Voluntas est rei cuiuspiam rationalis appetitio, atque cupiditas. *Ibid.*

Voluntas est rationalis et naturalis, atque a libera potestate manans appetitio. *Ibid.*

Voluntas est desiderium cum recta ratione, vel appetentia rationi consentanea. *De Definit.*

## SENTIENTIE PATRUM.

1. Nihil aliquid ditius offertur Deo bona voluntate. *Prosec.*

2. Quippe bona voluntas in anima est origo omnium bonorum, et omnium mater virtutum; quam qui habere incipit, secure habet quicquid ei ad bene vivendum opus est. *De adhaerendo Deo, cap. 11.*

3. Ubi voluntas, ibi merces voluntatis: tibi necessitas, ibi obsequium necessitatis; melior ergo voluntas, quam necessitas. *Lib. 2, epist. 2, ad Simplicianum.*

4. Velle ergo sapientis est, parere et servire insipientis.

5. Sicut velle dicimus eum, qui facit, ut alius velit, ita etiam dicimus eum velle, qui non facit, ut alius velit, sed approbat quod vult. *Lib. 1, Cur Deus, cap. 10.*

6. Sicut est bestiarum nihil velle cum ratione, ita hominum debet esse nihil velle sine ratione. *De Conceptu virginali.*

7. Nemo rectitudinem voluntatis deserit, nisi volendo: si ergo invitus dicitur nolens, nemo deserit illam invitus. *Prosec.*

8. Ligari enim homo potest et invitus; quia nolens potest occidi; velle autem non potest invitus quia non potest velle nolens velle: nam omnis volens, ipsum suum velle vult. *In Dialogo, de Lib. arb., cap. 5.*

9. In homine quandiu ipsa voluntas recta est, nec servit, nec subjecta est cui non debet. *Ibid.*

10. Nulla est justa voluntas, nisi quæ vult quod Deus vult eam velle. *Ibid., cap. 8.*

11. Nihil liberius recta voluntate, cui nulla vis aliena potest auferre rectitudinem. *Ibid., cap. 9.*

12. Voluntas bona est, quæ Dei voluntati subiecta est; et tunc Dei voluntati subiecta est, quando id vult, quod Deus vult illam velle debere. *De similitud., cap. 158.*

13. Tunc justa sive recta voluntas dicitur, quando id quod Deus vult eam velle debere, amplectitur. *Ibid.*

14. Non semper velle debemus quod Deus vult, sed hoc velle debemus quod Deus vult nos velle debere. *Ibid., cap. 159.*

15. Mala arbor est mala voluntas: cuius radix cupiditas, truncus obstinatio, rami perversa opera, folia verba ventosa, fructus mors æterna. *Serm. Dom. 8 post Trinit.*

16. Quid tam inimicum bonæ voluntati est, quam libido? *Lib. 1, de Lib. arbit., cap. 13.*

17. Nemo vult aliquid nolens. *Ibid., lib. 2, cap. 14.*

18. Voluntas aversa ab incommutabili et communi bono, convertitur ad proprium, aut ad exterius, aut ad inferius. *Prosec.*

19. Ad proprium convertitur, cum sua potestatis vult esse: ad exterius, cum aliorum propria vel quæcunque ad se non pertinent, cognoscere studet: ad inferius, cum voluptatem corporis diligit. *Lib. 2, de Lib. arbit., cap. 19.*

20. Improbæ voluntatis, malorum omnium causa est. *Lib. 3, de Lib. arbit., cap. 17.*

21. Velle quod non debeat, idem ipsum misericordium est. *Epist. 121, ad Proban., cap. 5.*

22. Voluntas ut plena sit, oportet ut sana sit: erit autem sana, si medicum non refugiat. *Epist. 204, ad Armentar.*

23. Voluntas bona misericorditer impenditur, ut mala voluntas homini dirigatur. *Epist. 205, ad Donat.*

24. Nesciens sibi vult male, dum non non potat sibi obesse quod vult: sed tamen male sibi vult, quando id vult quod obicit sibi. *Lib. 14, de Trinit., cap. 14.*

25. Voluntas cuiusque totam intelligentiam, totamque memoriam capit, dum toto utitur quod intelligit et meminit. *Ibid., lib. 10, cap. 11.*

26. Nihil tam in nostra potestate, quam ipsa voluntas est. *Lib. 3, de Lib. Arbit., cap. 8.*

27. Malorum omnium causa, improba voluntas est. *Ibid., cap. 17.*

28. Voluntas non est nisi in bonis; nam in malis flagitiosisque factis cupiditas proprie dicitur, non voluntas. *De Serm. Domini in monte, lib. 2.*

29. Cum se voluntas relicto superiore ad inferiora convertit, efficitur mala: non quia malum est, quo se convertit, sed quia perversa est ipsa conversio. *Lib. 12, de Civit. Dei, cap. 6.*

30. Nemo querat efficientem causam malæ voluntatis, non enim est efficiens, sed deficiens: quia nec illa effectio est, sed defectio. *Ibid., cap. 7.*

31. Bellum gravius et amarum cogitari non potest, quam ubi voluntas sic adversa, est passioni, et passio voluntati, ut nullius earum victoria tales inimicitie fiantur, et ubi sic confligit cum ipsa natura corporis vis doloris, ut neutrum alteri cedat. *Ibid., lib. 19, cap. 28.*

32. Recta voluntas est bonus amor, et voluntas perversa malus amor. *Ibid., lib. 14, cap. 7.*

33. Vacare non potest voluntas bona. *Super Psalm. xxxvi, conc. 2, vers. 22.*

34. Tu nihil aliud vis, quam ut tibi bene sit: nam in eo quod amas, vis ut bene tibi sit; et in eo quod times, non vis ut male tibi sit. *Prosec.*

35. Bonum est quod vis, sed tolera quod non vis, ut assequaris quod vis. *Super Psalm. lxxxi, vers. 17.*

36. Sic homo ab humanis in divina dirigitur,

THOMAS A KEMPE.

S. AMBROS.

S. ANSELM.

S. VALERIUS EPISCOPIUS.

SIXT. TERZ.

CASSIOG.

S. ATHAN. MAGNUS.

S. ANASTAS.

S. AUGUST.

S. JOANNES BAR.

SANTONIUS DE PADERA.

S. AUGUST.

PLATO.

S. ALBERTUS MAGNUS.